D ἐλαύνων τήν τε ἀρχὴν ἐπέτρεψε τῷ ἱερεῖ, καὶ ἀναιρῇ πολλοὺς τοὺς τὴν Δελφῶν πόλιν ἐνοικοῦντας ἐργασαμένη. διὰ ταῦτα ὑπὸ ἀρχιερέως ἐς βασιλέα διεβλήθησαν, ὡς ἀεὶ μίαν εἰς γυναῖκα χώρας τοσαύτης ἡγουμένην, ὑπὸ ἱερέως μοιχευομένην, ἀνήκεστα κακὰ ποιεῖν τοὺς πολίτας, καὶ διὰ ταῦτα ἐπᾶραι βασιλέα ἐπιόντα στρατεύεσθαι ἐπ' αὐτούς. λέγεται μέντοι περὶ τοῦ ἱερέως τούτου τοῦ τὴν γυναῖκα ταύτην συγγενομένου καὶ ἄλλα οὐκ ὀλίγα ἔστε γυναῖκας πλημμελῆσαι, κατεργαζόμενον δαιμονίῳ τρόπῳ ὥστε ταύτας ἐφέλκεσθαι
P. 36 ἐπαγόμενον ἐπὶ συνουσίας. Δελουῆς δὲ ὁ τῆς γυναικὸς ἀνὴρ πρόσθεν ἐτελευτήκει νόσῳ. ἦν δὲ οὗτος γένος τῶν Ταρακωνησίων βασιλέων, καὶ ὁπότε οὗτος ἀπὸ Ἰταλίας ἀφικόμενος ἐπὶ Πελοπόννησον κατέσχε τὴν Ἀττικὴν ἅμα καὶ Βοιωτίαν πρὸς τῇ Πελοποννήσῳ, καὶ δὴ καὶ Φώκαιαν καὶ Πάτρας τὰς

8. ἐλαύνουσα? ἀνιαρὰ H 10. ἀεὶ μίαν εἰς] ἀεικὲς?
13. ἀπᾶραι P 18. ἐτετελευτήκει?

phorum ducis uxor, habens filiam iam nubilem viroque desponsatam, ut intellexit adversum sese cum exercitu pergere regem, cum filia muneribusque quam potuit acceptis maximis regi obviam processit; qui filiam lubens assumpsit, eamque simul cum matre suis moribus ritibusque vivere permisit: regioni autem, quae in dicionem concesserat, ducem praefecit. fama est istam mulierem amavisse sacerdotem quendam nomine Stratem; et ad maiorem impudentiam progressam imperium sacerdoti commisisse, plurimosque Delphorum incolas obtruncasse. hinc delata est episcopo Delphorum apud regem, quasi ipsa sola regat tantam regionem, intolerandisque iniuriis afficiat cives, interim adulterio a sacerdote polluta. his excitatus rex bellum iis intulit. feruntur et alia quaedam de isto sacerdote, qui stupri consuetudinem cum illa muliere habuit, videlicet quod etiam cum aliis deliquerit non paucis mulieribus, dum eas ad concubitum daemoniacis quibusdam incantationibus pelliceret. Delves autem mulieris maritus antea morbo implicitus expiraverat. hic ortus erat de genere Taraconensium regum. qui cum venisset ex Italia in Peloponnesum, obtinuit Atticam et Boeotiam simul cum Peloponneso: nactus est et Phocidem Patrasque urbem extra Thermopylas sitam. reges isti interiecto tandem tempore non parvo principatum amiserunt. quidam

ἐκτὸς Θερμοπυλῶν. οὗτοι μὲν οὖν ὕστερον χρόνῳ οὐ πολλῷ διελθόντι τήν τε ἡγεμονίαν ἀπέβαλον, καὶ οἱ μὲν ἀπενόστησαν ἐπὶ Ἰταλίας, οἱ δὲ αὐτοῦ ἐνέμειναν ἐς ὃ ἐτελεύτησαν. τούτων δ' ἦν καὶ οὗτος ὁ Δελουῆς, ᾧ τὴν γυναῖκα ἀφελόμενος Παιαζήτης ὁ Ἀμουράτεω, καὶ τὴν θυγατέρα ἔχων, ἀπεχώρει.

Ὁ μὲν ἐς Πελοπόννησον ἐσέβαλεν. ὁ μὲν οὖν τῆς Σπάρ- B
της ἡγεμὼν, ὡς ἐς τὴν Θετταλίαν ἐσέβαλε, τάς τε πόλεις ἐπὶ τὸ ἀσφαλὲς καταστησάμενος, ἀποδρὰς νυκτὸς ᾤχετο ἐς Πελοπόννησον, ὡς ἦν ἐπίῃ, ἀμυνούμενος ᾗ ἠδύνατο τὰ κράτιστα. καὶ ἐμέλλησε μὲν οὐχ ἥκιστα διὰ τοῦτο εἰσβαλεῖν ἐς τὴν Πελοπόννησον, ἀγγελία δὲ ἀφίκετο αὐτῷ ὡς οἱ Παίονες ἡγουμένου Σιγισμούνδου Ῥωμαίων βασιλέως τε καὶ αὐτοκράτορος καὶ Κελτοὶ καὶ Γερμανῶν οὐκ ὀλίγοι συνελέγησαν ὡς ἐπ' αὐτὸν ἐπιόντες, καὶ τόν τε Ἴστρον παρασκευάζοιντο διαβῆναι, καὶ Δάκας δέ, γένος οὐκ ἀγεννές, ἔχοιεν μετ' αὐτῶν, C
τῆς τε ὁδοῦ ἡγουμένους, τὴν ἐσήγησιν τοῦ στρατοῦ ποιουμένους. Σιγισμοῦνδος δὲ οὗτος ὁ ἐπὶ Παιαζήτῃ στρατευόμενος ἡγεμών τε Γερμανῶν τὴν ἀρχὴν ἐτύγχανεν ὤν, περὶ Βιέννην τὴν πόλιν τὰ πολλὰ διατρίβων, καὶ χώρας τῶν ταύτῃ Γερμανῶν ἄρχων οὐ φαύλης. Παιόνων μετὰ ταῦτα προσαγομένων σφίσιν αὐτὸς βασιλεύς τε ἅμα καθεστήκει Παιόνων καὶ τῆς Γερμανῶν χώρας ἡγεμών.

7. ἐπέβαλεν P 8. ἐς add H 10. ἀμυνόμενος P: corr H
idem ᾗ add. 11. ἐμέλησε P: corr H

eorum reversi sunt in Italiam, nonnullique ibi manserunt, donec mortui sunt. ex horum genere natus est Delves ille Delphorum princeps, cui uxorem et filiam auferens Paiazites Amuratis filius domum reversus est. tandem et in Peloponnesum irruit. verum Spartanorum regionis dux, ut in Thessaliam irrupit urbesque communivit, qua sibi videbantur tutissimae fore, noctu fugiens profectus est in Peloponnesum, fortiter propulsaturus hostem, si accederet.

Proinde non parum ei curae fuit exercitus Peloponneso admovere. interim autem nuntiatum est Paiaziti Pannones, duce Sigismundo Romanorum Caesare et imperatore, et Gallos Germanosque non paucos in unum collectos bellum ipsi inferre decrevisse, iamque Istrum transire parare, allectis et Dacis, hominum genere non ignobili, qui viae sint duces exercitumque ducant in hostilem regionem. Sigismundus ille, qui copias adversus Paiazitem ductavit, primo Germanorum fuit imperator, et plerumque moratus est Viennae, imperitans ibi Germanorum regioni haudquaquam malae. postea allectis Pannonibus, horum rex Germanorumque regionis dux creatus est.

V. 29 Ἡ δὲ Γερμανία ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Πυρηνίου ὄρους, ὅθεν καὶ ὁ Ταρτησὸς ῥέων ἐπὶ τὸν πρὸς ἑσπέραν ὠκεανόν. καὶ ἔστι μὲν ἡ ἄνω Γερμανία, ἐφ' ὅσον δὲ προϊόντα καθήκει ἔστε Κολωνίαν καὶ Ἀργεντίνην, πόλεις οὕτω καλουμένας. τὸ δὲ ἐντεῦθεν καθήκει ἐπὶ ὠκεανὸν τὸν περὶ Κέλτικήν τε ἐπὶ δεξιὰ καὶ περὶ Δαστίαν ἐπ' ἀριστερά, ὡς ἐπὶ τὰς Βρεταννικὰς νήσους. ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ Ἴστρου Γερμανία, ἀπὸ Βιέννης πόλεως ἐπ' αὐτὸν δὲ [ἐς] Ταρτησὸν προϊοῦσα χώρα, καὶ ἐπὶ Βράγαν τοὺς πολεμίους. εἴη δ' ἂν ἀπὸ Βιέννης ἐς ὠκεανὸν ἀνδρὶ εὐζώνῳ πεντεκαιεἰκοσιν ἡμερῶν ἀνύσαι κατὰ μῆκος· κατὰ δὲ πλάτος εἴη ἂν καὶ πλέων τούτων βραχύ, ἀπὸ τῆς Κελτικῆς ἰόντι ἐπὶ τὴν Δανίαν χώραν. εὐνομεῖται δὲ ἡ χώρα αὕτη μάλιστα δὴ τῶν πρός τε ἄρκτον τε καὶ
P. 37 ἑσπέραν πασῶν τῶν ταύτῃ χωρῶν ἅμα καὶ ἐθνῶν, ἔστε πόλεις περιφανεῖς καὶ εὐδαίμονας καὶ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐς τὸ ἰσοδίαιτον εὐθυνομένας διῃρημένους, καὶ ἐς τυραννίδας, καὶ ὑπὸ ἀρχιερεῦσι ταττομένας τοῖς ὑπὸ τοῦ Ῥωμαίων μεγάλου ἀρχιερέως καθισταμένοις. καὶ πόλεις μὲν ἐς τὸ ἰσοδίαιτον εὐνομούμεναι εἴησαν αὗται ἔν τε τῇ ἄνω καὶ τῇ κάτω Γερμανίᾳ, Νορόβεργον πόλις εὐδαίμων καὶ Ἀργεντίνη καὶ Ἀμπέργον. καὶ αἱ εἰς ἀρχιερεῖς ταττόμεναι Κολωνία, Βιέννη ἡ ἐς τὴν κάτω Γερμανίαν ἀνιοῦσα, καὶ ἄλλαι μὲν οὐκ ὀλίγαι

6. *Δαχίαν*? 9. *Βοέμους* H 12. *Δαχίαν* R, *Δασίαν* T
16. *διῃρημένη* H 17. *ταττομένη* H

Germania incipit a monte Pyrenaeo, unde Tartesus fluvius fluit in Oceanum, versus Occidentem. et Germaniae pars, qua itur versus Coloniam et Argentinam, urbes sic dictas, superior Germania nuncupatur. hinc pertingit ad Oceanum Gallicum, versus dextram: at versus sinistram patet Pyridastiam usque ad Brittanicas insulas. dicitur Germania ea quoque regio quae ab Istro procurrit, procedens a Vienna usque ad Tartesum flumen et ad Pragam Boemorum. longitudo a Vienna Oceanum usque tantum spatii complectitur, quantum vir agilis itinere viginti quinque dierum conficere potest. latitudo est maior, etiam si quis ingrediatur iter brevissimum a Gallia Celtica versus Dastiam regionem. ista natio gubernatur melioribus legibus quam ulla earum vel regionum vel gentium, quae respiciunt vel Septentrionem vel Occidentem. discreta est in urbes praeclaras et florentes, quae propriis legibus et quam proxime ad aequitatem accedentibus reguntur. dividitur et in principatus, subiectaque est sacerdotibus et episcopis adhaerentibus Romano pontifici. urbes quam maxime ad aequitatem constitutae in superiore et inferiore Germania sunt Noreberga, urbs opulenta, Argentina et Ampergum, quae regun-

πόλεις, ἀποδέουσαι τούτων ὀλίγῳ τινί, ἀμφὶ τὰς διακοσίας. ἐς δὲ τυραννίδας τρεῖς μάλιστά πῃ διέλοι τις τῆς Γερμανίας ἡγεμόνας, τῆς τε Ἐτζιλείης πόλεως καὶ Ἀουστρίας καὶ Βλέ- B
ης τῆς ἄνω Γερμανίας γενομένης. ἔστι δὲ γένος τοῦτο μέ-
γα καὶ ἐπὶ πολὺ διῆκον τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην, μετά γε Σκυθῶν τῶν νομάδων δεύτερον, ὡς εἰ ταὐτὸ φρονοίη, καὶ ὑφ' ἑνὶ ἄρχοντι ἡγεμόνι, ἀμάχητόν τε ἂν εἴη καὶ πολλῷ κράτιστον. ὑγιεινότατον δὲ ὂν ἅτε ὑπὸ τὴν ἀρκτῴαν μοῖραν τεταγμένον καὶ περὶ τὴν ταύτῃ μάλιστά πη μεσόγαιον, θαλάττῃ οὐ πάνυ τι προσχρωμένους, εὐνομεῖται μάλιστα δὴ ἐθνῶν ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, οὔτε λοιμοῦ, ὃς δὴ ὑπὸ τῆς τοῦ ἀέρος σήψεως ἐπιγενομένης μάλιστα ἐπιφοιτῶν τοῖς ἑῴοις ἀπόλλυσι πολύ τι μέρος τῶν ταύτῃ ᾠκημένων, οὔτε ἄλλων δὴ C
νόσων τῶν ἐς ἡμᾶς πάνυ τι εἰωθότων θέρους τε καὶ φθινοπώρου ἐπιφοιτᾶν χωριαζόντων αὐτοῖς θαμά, ὥστε καὶ ἱκανόν τι ἀπογίνεσθαι τοῦ γένους τούτου, οὔτε σείει ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου. ὗει δὲ θέρους μάλιστα δὴ ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ. πολιτεύεται δὲ κατὰ ταὐτὰ Ῥωμαίοις, ἔστε δίαιταν καὶ ἦθη τετραμμένον, συμφερόμενον τὰ ἄλλα Ῥωμαίοις, καὶ ἐς τὴν θρησκείαν Ῥωμαίων μάλιστα δὴ τῶν πρὸς ἑσπέραν δεισιδαιμονεῖν. νομίζεται δὲ παρὰ τούτοις καὶ μονομαχία μάλιστα

13. ὠκίμων P: corr H 15. τῶν χωριαζόντων P. malim φοιτᾶν ἐπιχωριαζόντων. 17. δὲ P

tur ab episcopis, Coloniaque, a Vienna in inferiorem Germaniam recedens. sunt et aliae nrbes non paucae, propemodum ducentae, quae in paucis quibusdam a praedictis differunt. in tres principatus quis dividere posset universos totius Germaniae ducatus, videlicet Atziliae nrbes et Austriae et Blenae, quae in superiore Germania sita est. genus hoc hominum magnum est, longe lateque per universum orbem imperat, magnitudineque secundum post Scythas nomades habetur. itaque si concordiae studiosi essent et sub uno degerent principe, plane essent invicti mortaliumque fortissimi. sunt, quantum ad corpora attinet, perquam sani, ut qui sub Septentrionali aetatem agant plaga et circa mediterraneum isthic mare, nullius rei indigentes. nec est gens, quod sciam, quae melioribus regatur legibus. nec ibi saevit pestis, quae ex corrupto nascitur aere, maximeque infestat Orientales, plurimosque ibi habitantes perdit. neque alii morbi, qui aestivo autumnalique tempore reliquis mortalibus graves sunt, Germaniae incolas laedunt. terrae motus rari memoratu digni eam regionem quatiunt. pluvia prae caeteris regionibus aestivo tempore in ista regione uberrima conspicitur. victu moribusque Romanos imitantur, nec caetera quicquam ab his differunt. nec est ulla gens quae superstitiosius Romanorum religionem colat, maxime qua Occi-

D δὴ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, ὥστε γῆθεν οὐδ' ἐφ' ἵππων ἀλλήλοις μονομαχεῖν. τὸ δὲ γένος τοῦτο δεξιώτατον ἔστε μηχανὰς ὂν καὶ ἐς τὰ πολεμικὰ ἔργα καὶ ἐς πάσας τὰς τέχνας πολύ τι εὐδοκιμεῖ. φέρει δὲ ἡ χώρα αὕτη, πλὴν ἐλαίου καὶ ἰσχάδων, τἆλλα πάντα οὐκ ἐλάσσω τῶν ἐς τὴν ἄλλην χώραν φερομένων. οἴονται δέ τινες καὶ τηλεβόλους καὶ τηλεβολίσκους ὑπὸ Γερμανῶν ἀρχὴν ἀποδεδειγμένους ἐς ἀλλήλους προελθεῖν καὶ ἐς τὴν ἄλλην οἰκουμένην.

V. 30 Παιονία δὲ ἄρχεται ἀπὸ Βιέννης τῆς Γερμανῶν πόλεως, καὶ ἐπὶ μὲν ἕω τῷ Ἴστρῳ συμπροϊοῦσα καθήκει ἐπὶ Δακούς τε καὶ Τριβαλλούς, ἐπὶ δὲ ἄρκτον ἐπὶ Βοέμους τοὺς Κεχίους καλουμένους καθήκει. ἔνεισι δὲ ἄρχοντες ταύτῃ τῇ χώρᾳ,

P. 38 ἄρχων δὲ ἕκαστος τῆς πατρώας χώρας, καὶ ὑποτασσόμενος τῷ βασιλεῖ αὐτῶν, ἐς ὅσον νομίζεται σφίσι. νομίζεται δὲ ἐπὶ ῥητοῖς. καὶ ἐπιχωρίῳ μὲν βασιλεῖ οὐ πάνυ τι χρῶνται, ἐπάγονται δὲ ἢ ἀπὸ Βοέμων τοῦ βασιλείου οἴκου ἢ ἀπὸ Γερμανῶν ἢ Πολονίων ἢ καὶ ἄλλων τῶν ταύτῃ ἐθνῶν. συμφέρονται δὲ Γερμανοῖς τά τε ὅπλα καὶ τὴν ἐς τὰ ἤθη αὐτῶν δίαιταν, ἐς τὸ ἀβροδίαιτον ἀποκλίνοντες, ᾗ φασὶ Κελτούς τε καὶ Γερμανούς. νομίζει κατὰ ταὐτὸ Ῥωμαίοις τὰ ἐς θρησκείαν. γένος δὲ τοῦτο ἄλκιμον καὶ ἐς μάχας τόλμῃ προσχρώμενον ἐπιεικεῖ. ποιοῦνται δὲ καὶ ἐπιχώριόν τινα τῶν

denti propinqua est. monomachia apud eos vel maxime celebris est. congrediuntur autem non equis insidentes, verum terrae insistentes. nec facile invenias gentem ad machinas reliquaque opera bellica magis idoneam. in artibus omnibus praerogativa maxima gaudent. quidam credunt tormenta bellica et bombardarios ab ista gente initio demonstratos, et hinc totum pervasisse orbem, ut paucae gentes bombardis nunc careant. reliquorum fructuum, praeterquam olei et ficuum, regio ista feracissima perhibetur.

Pannonia (quae et Ungaria) incipit a Vienna Germanorum oppido, et versus Orientem secundum Istrum procedens attingit Dacos et Triballos. versus Septentrionem excurrit ad Boemos, quos Cephios nuncupant. habet Pannonia et principes: verum singuli patrias regunt regiones, subiecti tamen regi suo certis quibusdam legibus et condicionibus. regem de suo corpore admodum raro constituunt: verum plerumque accersitur ex Boemorum regia familia, aut petitur a Germanis, aut Polonis aut ab aliis gentibus finitimis. Romanos moribus amorumque cultu referunt: caeterum sequuntur victus rationem intemperantiorem, quemadmodum Germani et Galli. religionem sectantur Romanorum. hoc hominum genus eximiae fortitudinis est; mirumque dictu quanta audacia et animositate bella gerant. creant de

ἀρχόντων τὰ πρῶτα, ἐς τὴν βασιλείαν ἀνήκοντα, καὶ οἰκονό- B
μον δὲ ὄντα, καὶ μηδὲ ἄρχοντα ὀνομάζουσι. φωνῇ δὲ χρῶν-
ται οὐδαμῇ παραπλησίᾳ ἑτέρῳ τινὶ τῶν γενῶν, ἀλλὰ ἄλλῃ
τὸ παράπαν διενεγκούσῃ τε τῆς Γερμανῶν τε καὶ Βοέμιων
καὶ Πολάνων. οἴονται δέ τινες τούτους οἱ μὲν Γέτας γενέ-
σθαι τὸ παλαιόν, καὶ ὑπὸ τὸν Αἷμον οἰκοῦντας, ὑπὸ Σκυθῶν
κακουμένους, ἀναχωρῆσαι ἐς τήνδε τὴν χώραν ἣν καὶ νῦν
οἰκοῦσιν· οἱ δέ φασι Δάκας γενέσθαι. ἐγὼ δὲ ὁποῖον ἄν
τι εἴη τὸ γένος τοῦτο τὴν ἀρχήν, οὐκ ἂν ῥᾳδίως εἰπεῖν ἔχοι-
μι· τοὔνομα μέντοι τοῦτο ὑπό τε σφῶν αὐτῶν καὶ ὑπὸ C
Ἰταλῶν καλουμένους, οὐ πάνυ τι καλῶς ἔχοιμι ἑτέρῳ τινὶ
ὀνόματι καλεῖν τούτους. ἔστι δὲ αὐτοῖς βασίλεια ἐν Πούδῃ
πόλει εὐδαίμονι παρὰ τὸν Ἴστρον.

Σιγισμοῦνδον δὲ τὸν Βιέννης τῆς Γερμανῶν πόλεως ἡγε-
μόνα ἐπαγόμενοι οὗτοι δὴ οἱ Παίονες βασιλέα τε σφίσιν αὐ-
τοῖς καθίστασαν, καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐπέτρεψαν αὐτῷ
διαθεῖναι ὡς ἔχοι ἐπὶ τὸ ἀσφαλέστερον. οὗτος μὲν οὖν ἐπεί
τε τὴν Παιόνων παρέλαβε βασιλείαν, διεπρεσβεύετο πρὸς τὸν
Ῥωμαίων ἀρχιερέα, συνήθη τε ὄντα αὐτῷ καὶ ἐπιτήδειον ἐς
τὰ μάλιστα, ὥστε ἐπιψηφισθῆναι αὐτῷ αὐτοκράτορι Ῥωμαίων
γενέσθαι. τοῦτο μὲν οἱ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεῖς τοῖς Κελτῶν D
βασιλεῦσι τὸ πρῶτον ἐπεδίδοσαν διὰ τοὺς πολέμους, οὓς θα-

10. ἀπό P 15. ἐπαγόμενον οὗτοι δὲ P 16. τὰ om P 22. πολεμίους P : corr H

sua gente quendam de numero principum, qui reliquorum primus in regiam ascenderit; eumque oeconomum sive procuratorem aut administratorem, nec principem, nominant. lingua utuntur quasi peculiari, quae nihil commercii cum lingua Germanorum et Boemorum Pomanorumque habere deprehenditur. quidam tradunt eos antiquitus Getas extitisse, sedesque habuisse, quas insederint, sub monte Haemo, tandemque pulsos a Scythis concessisse in eam regionem quam nunc tenent. quidam putant eos quondam Dacos fuisse. ego autem, quaenam ipsorum origo sit, dicere non possum. praeterea cum sibi dederint istud nomen ut Pannones vocentur, sicque appellentur ab Italis, non decorum fore ratus sum, si aliud iis imposuero nomen. regia eorum est Buda, urbs florentissima, Istro adiacens.

Sigismundum autem Germanorum imperatorem agentem Viennae vocantes Pannones, declaraverunt regem, eique tradiderunt regnum universum, et quae ad regni curam pertinent, ut omnia sic ordinaret quemadmodum putaret ea fore commodissima. hic ut primum regium honorem iniit, legatos misit ad Romanum pontificem, iam ante sibi familiarem et necessitudine devinctum, rogans ut suum consensum

μά τε καὶ ἀνδρειότατα πρὸς τοὺς ἀπὸ Λιβύης διαβάντας ἐπὶ Ἰβηρίαν βαρβάρους καὶ τὰ πολλὰ τῆς Ἰβηρίας καταστρεψαμένους αὐτοῖς. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τοὺς Γερμανῶν ἡγεμόνας μετενήνεκται ὁ ψῆφος τοῦ Ῥωμαίων ἀρχιερέως. Σιγισμοῦνδον ὡς ὑπισχνεῖτο ὁ ἀρχιερεὺς τήν τε ἀξίαν ταύτην ἐπιτιθέναι, καὶ δὴ μετεπέμπετο ἐπὶ τοῦτο, ὥρμητο μὲν ἐπὶ Ἰταλίαν διὰ τῆς Ἐνετῶν χώρας. οὗτοι μὲν οὖν ὡς ἐπύθοντο Σιγι-
P. 39 σμοῦνδον διὰ τῆς χώρας αὐτῶν τὴν πορείαν ποιούμενον, ἔπεμψαν ἄγγελον, προαγορεύοντες αὐτῷ μὴ διιέναι διὰ τῆς χώρας αὐτῶν. ὁ δὲ οὐκ ἔφη πείσεσθαι, ἂν μὴ γνῷ αὐτοὺς πειρωμένους ἔργῳ διακωλῦσαι διαπορευόμενον. παρεσκευάζοντο μὲν οὖν οἱ Ἐνετοὶ στρατὸν καὶ διεκώλυον. ὡς δὲ ᾔσθετο κωλυόμενος, παρετάξατο ἐς μάχην καὶ συνέβαλε τῷ Ἐνετῷ στρατῷ, καὶ ἀπεγένετο αὐτῷ οὐκ ὀλίγα τοῦ στρατεύματος,
V. 31 τραπομένῳ τε ἐς φυγὴν καὶ μόλις διαφυγόντι τοὺς ἐναντίους. οὗτος μὲν δὴ ἐπεί τε ἀπέγνω τὴν δι' Ἐνετῶν πορείαν, ἀπῄει
B διὰ τῆς ἄνω Γερμανίας, ἐς τὸν Λιγυρίας τύραννον ἀφικόμενος. ἐντεῦθεν δὲ ἐς Ῥώμην παρεγένετο, καὶ βασιλεύς τε καθειστήκει, ὑπὸ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως ἐς τοῦτο ἀποδειχθείς. μετὰ δὲ ταῦτα ἐδεῖτό τε τοῦ ἀρχιερέως συμβαλέσθαι ἐς τὴν

3. αὐτοῖς συνδιήνεγκαν? 4. ἢ?

praestaret quo Romanorum declararetur imperator. imperatoriam dignitatem Romani pontifices primo contribuere Galliarum regibus, propter hostes ex Libya in Iberiam transvectos fortiter caesos, et ob Iberiam a barbaricis incursionibus liberatam. postmodum eligendi Romanum imperatorem potestas translata est a pontifice ad Germanos. Sigismundus, cum eam dignitatem se daturum respondisset pontifex, accersitus et vocatus est a pontifice, ut imperatoriam dignitatem acciperet. Sigismundus Romam proficiscens iter faciebat per Venetorum regionem. hi, ut primum nuntiatum est Sigismundum per ipsorum regionem transitum facere, miserunt nuntium, qui moneret ut ipsorum regione excederet. hic nuntio Venetorum parere neglexit, nisi cerneret eos re ipsa transitum prohibituros. Veneti igitur congregato exercitu vim facere parabant Sigismundo, nisi confestim sua discessisset regione. ut cognovit Venetos id moliri, copias in aciem eduxit, et cum Venetorum exercitu praelium commisit. amisit autem in eo praelio non modicam exercitus partem; ipseque in fugam compulsus aegre, quo minus caperetur, fuga evasit. cum iam planissime desperaret se posse per Venetorum regionem adire Romam, iter flectit in superiorem Germaniam, pervenitque ad Liguriae sive Mediolani principem. hinc iter Romam instituit; quo cum venisset, imperator a pontifice maximo consalutatus est. postea rogavit pontificem maximum auxilium, quo adiutus expeditionem contra bar-

ἐπὶ τὸν βάρβαρον αὐτῷ ἐκστρατείαν γινομένην, ἠτεῖτο δὲ αὐτὸν χρήματά τε καὶ ἄνδρας. ὁ δὲ πρός τε τὸν Κελτῶν βασιλέα διαπρεσβευσάμενος καὶ πρὸς τὸν Βουργουνδίας τύραννον διεπράξατο δοθῆναι ἐς ὀκτακισχιλίους, καὶ στρατηγὸν τὸν Βουργουνδίας ἡγεμόνος ἀδελφόν. παρεσκευάσατο μὲν οὖν καὶ αὐτός, συλλέξας στράτευμα ἀπὸ Γερμανῶν ὅσον ἠδύνατο C μισθωσάμενος. ὡς ἤδη αὐτῷ τε τὰ εἰς τὸν πόλεμον παρεσκεύαστο, ἐξήλαυνε, λαβὼν τούς τε Παίονας καὶ Δάκας τῆς ὁδοῦ ἡγεμόνας, εὐθὺ τοῦ Ἴστρου ἐπὶ Παιαζήτην. διεπρεσβεύσατο δὲ καὶ πρὸς τοὺς Ἰταλῶν καὶ Ἰβήρων ἡγεμόνας, χρηματίζοντος δὲ τοῦτο αὐτῷ τοῦ ἀρχιερέως, αἰτούμενος χρήματα καὶ ἄνδρας. καὶ χρήματα μὲν ἐπεπόμφει αὐτῷ ἱκανὰ ὁ ἀρχιερεύς, ἄνδρας τε.

Ὁ μὲν οὖν Παιαζήτης ὡς ἐπύθετο ἐπιόντα οἱ Σιγισμοῦν- 1396
δον τὸν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα, σὺν πολλῷ στρατεύματι ἐλαύνοντα, παραλαβὼν τὸν τῆς Εὐρώπης τε καὶ Ἀσίας στρατὸν ἅπαντα ἀντεπῆει ἐπὶ Ἴστρον, ᾗ ἐδύνατο τάχιστα πορευόμε- D νος. στρατοπεδευσαμένου δὲ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ Ἴστρου ἐπὶ σταδίους τεσσαράκοντα, οἱ Κελτοὶ αὐθάδεις τε ὄντες καὶ ἀγνώμονες ὡς τὰ πολλά, ἀξιοῦντες σφῶν αὐτῶν μόνων τὴν νίκην γενέσθαι, ὁπλισάμενοι ἐπῆσαν πρότεροι ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς βαρβάρους. μάχης δὲ καρτερᾶς γενομένης τρέπονται οἱ Κελτοί, καὶ φεύγοντες ἀνὰ κράτος καὶ οὐδενὶ κό-

baros susceptam conficere posset. flagitabat autem pecuniam virosque. pontifex legatione missa ad Gallorum regem Burgundiaeque ducem effecit ut sibi darentur octo milia militum: belli autem ducem accepit Burgundiae ducis fratrem. Sigismundus quoque se ad bellum parabat, conscribens exercitum ex Germanis, quoscunque potuit mercede conducens. cum iam ad bellum satis foret instructus, assumptis Pannonibus et Dacis, (qui et Valachi) qui itinera monstrarent, recta per Istrum contra Paiazitem copias duxit. legatos quoque misit, consulente id pontifice maximo, ad Hispanorum Italorumque principes, petens ad istam expeditionem milites et pecuniam. pontifex quoque milites misit et pecuniam suppeditavit

Paiazites, quamprimum didicit Sigismundum Romanorum imperatorem magnis copiis stipatum adversum se pergere, accepto Europae Asiaeque exercitu summa celeritate obviam profectus est hosti usque ad Istrum; castraque communivit ab Istro stadiis quasi quadraginta. Galli autem, ut sunt audaces, plerumque vero imprudentes, cum cuperent victoriam suam facere, arma capiunt barbarosque aggrediuntur quasi eos primo impetu domituri. tandem cum praelium utrin-

σμῳ ἐπιπίπτουσι τῷ σφετέρῳ στρατεύματι, ἐπισπομένων τῶν Τούρκων. ἐνταῦθα ἀναμίξ γενομένων αὐτῶν, ὡς ἐπέκειντο οἱ βάρβαροι, τρέπονται ἅμα τούτοις οἵ τε Παίονες καὶ οἱ Γερμανοί. ἐπειγομένων δὲ εἰς τὴν τοῦ Ἴστρου διάβασιν
P. 40 ἀπώλετο πολλὰ τοῦ στρατεύματος κατὰ τὸν ποταμόν. ἐγένετο δὲ φόνος πολὺς ἁλλυμένων τῶν Κελτῶν καὶ Παιόνων ὑπὸ τῶν ἐναντίων, καὶ ὁ Βουργουντίων στρατηγὸς ἑάλω, καὶ ἄλλοι οὐκ ὀλίγοι Παιόνων τε καὶ Κελτῶν.

Ὁ μὲν δὴ Σιγισμοῦνδος διακινδυνεύσας τὰ ἔσχατα, καὶ παρὰ βραχὺ ἁλῶναι διαφυγών, ἐμβὰς ἐς τριήρη κατὰ τὸν ποταμὸν ἔπλει ἐς Βυζάντιον παρὰ βασιλέα Ἑλλήνων. ἐς λόγους δὲ ἀφικόμενος τῷ Βυζαντίου βασιλεῖ, καὶ χρηματίσας αὐτῷ ὅσα ἠβούλετο, ᾤχετο ἀποπλέων ἐπ' οἶκον. Παιαζήτης δὲ ὁ Ἀμουράτεω, ὡς τούς τε Παίονας ἐτρέψατο καὶ Κελ-
B τούς, ἐληίζετο τὴν χώραν αὐτῶν, ἀδεέστερον ἤδη χωρῶν ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἀνδράποδα πάμπολλα ἀγόμενος. καὶ δὴ ἐπελαύνων ἐπὶ Πούδην τὰ Παιόνων βασίλεια ἔκαμνεν ὑπὸ τῆς νόσου· ποδαλγίαν γὰρ ἐνόσει. καὶ εἰ μὴ μέντοι ἐνωχλεῖτο ὑπὸ τῆς νόσου, οὐκ ἔχω λογίζεσθαι ὅ τί περ ἂν γένοιτο αὐτῷ ἐμποδὼν ἐπὶ Πούδην τε ἐλάσαι καὶ παραστήσασθαι Πούδην τὰ Παιόνων βασίλεια καὶ καταστρέψασθαι τὴν χώραν αὐτῶν· νῦν δὲ κάμνων ὑπὸ τῆς νόσου ἐπιεικῶς πάνυ

que maxima virtute ferveret, Galli fugam ineunt; incitatissimoque cursu cum agerentur ad suos, insequentibus Turcis et Sigismundi militibus admixtis atrox praelium coortum est. cum acriter instarent Turci, etiam Pannones et Germani fugae Gallorum se sociant. festinantibus autem iis Istrum transire, maxima pars exercitus flumine absumpta est. facta est caedes magna Gallorum et Pannonum pereuntium. dux Burgundionum, qui totius belli imperator electus erat, ab hostibus captus est: capti sunt et alii Pannones Gallique plurimi.

At Sigismundus in maximum vitae discrimen adductus, vixque hostis manus, quo minus caperetur, effugiens, triremem, quae in flumine erat, conscendit, Byzantiumque ad Graecorum regem navigavit. cum plurima cum isto rege disseruisset, et quae volebat expedivisset, domum reversus est. Paiazites Amuratis filius, Gallis Pannonibusque fusis atque fugatis, regionem eorum iam maiore securitate populabatur. quin etiam contra hos exercitus ductabat, mancipiaque plurima capiebat. proficiscens autem hostili animo contra Budam, Pannonum regni sedem, podagra laboravit; nec tamen admodum eo morbo afflictus est. haud tamen assequi queo, quid ei impedimento fore potuisset, cum festinaret adversus Budam, quo minus eam urbem suae

ἀπενόστησέ τε αὐτὸς καὶ τὸν στρατὸν ἀπήγαγεν ἐς τὴν χώραν αὐτοῦ.

Ὕστερον μέντοι ἐπιπέμπων στρατεύματα ἐπὶ Παιονίαν V. 32
καὶ Παιονοδακίαν ἐδήου τὴν χώραν. χρόνου δὲ ἐπιγενομέ- C
νου ἐπὶ Δάκας καὶ ἐπὶ Μύρξαν τὸν Δακίας ἡγεμόνα ἐστρατεύετο, αἰτιασάμενος αὐτὸν ὡς ὑπάρξαντά τε πολέμου καὶ σὺν τοῖς Παίοσιν ἐπ' αὐτὸν στρατευόμενον. ἔστι δὲ γένος τοῦτο Δάκες ἄλκιμόν τε τὰ ἐς τὸν πόλεμον καὶ οὐ πάνυ τι εὐνομούμενον, κατὰ κώμας οἰκοῦν, πρὸς τὸ νομαδικώτερον τετραμμένον. διήκει δ' αὐτῶν ἡ χώρα, ἀπὸ Ἀρδελίου τῆς Παιόνων Δακίας ἀρχομένη, ἔστε ἐπὶ Εὔξεινον πόντον. ἔχει δὲ ἐπὶ δεξιὰ μὲν καθήκουσα ἐπὶ θάλασσαν τὸν Ἴστρον ποταμόν, ἐπ' ἀριστερὰ δὲ Βογδανίαν χώραν οὕτω καλουμένην. διείργει δὲ αὐτοὺς ἀπὸ Παιονοδακίας ὄρος ἐπὶ πολὺ διῆκον, Πρασοβὸς καλούμενον. ἔχει δ' ὁμόρους ἡ χώρα αὕτη καὶ D
Σκυθῶν τῶν νομάδων μοῖραν οὐκ ὀλίγην, γένος πολύ τι καὶ ὄλβιον, ὑπὸ Καζημίρεω τῷ βασιλεῖ ταττόμενον· ὑφ' ᾧ δὴ καὶ Σκύθαι οἱ νομάδες ταττόμενοι στρατεύονται, ἢ ἂν ἐξηγοῦνται, αὐτός τε ἀρετὴν παρεχόμενος ἐς πόλεμον ἀξιόλογον. τούτων δὲ ἔχονται Πολάνοι μὲν πρὸς ἄρκτον, Σαρμάται δὲ πρὸς ἕω. Δάκες δὲ χρῶνται φωνῇ παραπλησίᾳ τῇ Ἰταλῶν,

6. πόλεμον P 12. δεξιᾷ P 13. ἀριστερᾷ P 14. ἀπὸ] ἐπὶ P
18. ἐξηγῆται?

dicionis faceret regionemque universam subiiceret. verum peropportune podagra tum laborans reversus est domum: etiam copias in suam regionem abduxit.

Postea missis exercitibus Pannoniam et Pannodaciam vastabat. tempore autem aliquantulo interposito, bellum Myrxae (nostri Marcum vocant) Daciae duci intulit, crimini ei dans quod prior adiungens se Pannonibus contra se bellum gesserit. Dacorum (sive Valachorum, in quibus et Moldavi) gens bello praestantissima est, nec tamen admodum bonis gubernatur legibus. vicos plerumque incolunt, sequentes pascua. extenditur horum regio ab Pannonum Ardelio, a Pannonum Dacia (quae et Transsylvania) initium sumens, usque ad Pontum Euxinum. a dextra, qua vergit ad mare, Istro fluvio alluitur: a sinistra regionem Bogdaniam appellatam habet. distinguit ipsorum regionem mons longe se porrigens, cui Prasobo (qui olim Haemus) nomen incolae dixerunt. huic regioni adiacent quidam de Scytharum genere non pauci, qui opibus plurimum possunt, subiecti Cazemiro Polonorum regi. istum regem comitantur Scythae nomades, quocunque bellum verterit. virtus autem eius in omni bello praeclara habita est. iis finitimi sunt, qua se in Septentrionem pandunt,

διεφθαρμένη δὲ ἐς τοσοῦτον καὶ διενεγκοῦσα ὥστε χαλεπῶς ἐπαΐειν τοὺς Ἰταλοὺς ὁτιοῦν, ὅτι μὴ τὰς λέξεις διασημειον-
P. 41 μένων ἐπιγινώσκειν ὅ τι ἂν λέγοιτο. ὅθεν μὲν οὖν τῇ τοιαύτῃ φωνῇ διαχρώμενοι ἤθεσι Ῥωμαίων ἐπὶ ταύτην ἀφίκοντο τὴν χώραν καὶ αὐτοῦ τῇδε ᾠκησαν, οὔτε ἄλλου ἀκήκοα περὶ τούτου διασημαίνοντος σαφῶς ὁτιοῦν, οὔτε αὐτὸς ἔχω συμβαλέσθαι ὡς αὐτοῦ ταύτῃ ᾠκίσθη. λέγεται μὲν πολλαχῇ ἐλθὸν τὸ γένος τοῦτο ἐνοικῆσαι αὐτοῦ, οὐ μὴν ὅτι καὶ ἄξιον ἐς ἱστορίαν ὁτιοῦν παρεχόμενον τεκμήριον. συμφέρεται δὲ Ἰταλοῖς τά τε ἄλλα καὶ τῇ ἐς δίαιταν καταστάσει, καὶ ὅπλοις
τοῖς αὐτοῖς καὶ σκευῇ ἔτι καὶ νῦν τῇ αὐτῇ Ῥωμαίων διαχρώμενοι, ἐς δύο μέντοι διῃρημένοι ἀρχάς, ἔστε τὴν Βογδανίαν καὶ αὐτὴν παρ' Ἴστρον χώραν. οὐ πάνυ τι εὐνομεῖ-
B ται. νομίζουσι δὲ ἡγεμόσιν οὐ τοῖς αὐτοῖς διαμένοντες, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἀεὶ σφίσι πρόσφορον συμμεταβάλλοντες καθιστᾶσιν ἄλλοτε ἄλλους σφίσι τυράννους. Μύρξαν μέντοι τοῦτον, ἄρχοντα τοῦ γένους ταῦδε τὸ παλαιὸν γενόμενον, ἐπικαλεσάμενοι τύραννον σφίσι κατεστήσαντο, συνελόντες Δᾶνον τὸν πρόσθεν τυραννεύοντα αὐτῶν. Μύρξας μὲν οὖν οὗτος παλλακίδι συγγενόμενος οὐκ ὀλιγάκις, καὶ νόθους ἀπὸ τούτου σχὼν παῖδας ἀνὰ τὴν Δακίαν οὐκ ὀλίγους, ὕστερον προϊόντι τῷ χρόνῳ καὶ τελευτήσαντος Μύρξεω ἀνεφύοντο τῇ Δακίᾳ θαμὰ

12. διῃρημένον P 13. καὶ αὖ τὴν? 18. ἀνελόντες?

Poloni: qua vero respicit Orientem, Sarmatae. Dacorum lingua similis est Italorum linguae: adeo tamen corrupta et differens, ut difficulter Itali queant intelligere quae istorum verbis pronuntiantur. unde autem lingua moribusque Romanis usi in istam regionem accesserint ibique sedes fixerint, a nullo mortalium accepi, nec aliquem audivi qui ista liquido commemoraret. dicuntur tamen homines undique confluentes in istam regionem penetrasse, haud interim extante aliquo memorabili istius gentis exemplo, quod operae pretium sit ut praesenti historiae intexatur. nihil differunt ab Italis caetera victus ratione, armorum et suppellectilis apparatu etiamnum eodem utentes. quamvis ea gens in duos discreta sit principatus, in Bogdianam videlicet (quae et Moldavia) et Istriam regionem, haud tamen aequo inter se iure vivunt. consueverunt non semper eosdem habere duces: verum prout ipsis videtur commodum, principes mutant, nunc hunc nunc illum sibi principem ordinantes. Myrxam istum, qui avito istorum ducum genere erat ortus, accitum sibi ducem constituerunt, occiso Dano, qui antea rerum potiebatur. Myrxas hic concumbens saepius cum pellice, filios spurios ex ea tulit non paucos in Dacia. hinc mortuo Myrxa nascebantur frequenter alii Dacorum duces, qui

ἡγεμόνες ἄλλοτε ἄλλοι ἔστε ἐπὶ τόνδε τὸν χρόνον καθιστάμενοι ἐς τὴν ἀρχήν. ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν Μύρξαν, ὑπάρξαντα C πρότερον πολέμου ἐς τοὺς βαρβάρους συστρατευόμενον τῷ Σιγισμούνδῳ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι, αἰτιασάμενος Παιαζήτης ὁ Ἀμουράτεω ἐστρατεύετο, καὶ τόν τε Ἴστρον διαβὰς ἤλαυνεν ἐς τὸ πρόσω, τήν τε χώραν ἀνδραποδιζόμενος. Μύρξας δὲ συλλέξας στράτευμα ἀπὸ τῆς χώρας ἐπεξελθεῖν μὲν καὶ διαμάχεσθαι οὐκ ἐποιεῖτο βουλήν, τὰς δὲ γυναῖκας καὶ παῖδας ἐς τὸ ὄρος τὸ Πρασοβὸν κατεστήσατο περιποιούμενος. ἐφείπετο δὲ ὕστερον καὶ αὐτὸς τῷ Παιαζήτεω στρατεύματι διὰ τῶν δρυμώνων τῆς χώρας, οἳ δὴ πολλοί τε ἐννπάρχουσι V. 33 καὶ ἀπανταχῇ περιδέουσι τὴν χώραν μὴ βάσιμον εἶναι τοῖς ἐναντίοις μηδὲ εὐπετῆ χειρωθῆναι. ἐφεπόμενος δὲ ἀπεδεί- D κνυτο ἔργα ἄξια λόγου, μαχόμενός τε εἴ τι διασπασθὲν τῶν πολεμίων ἐπισιτούμενόν πῃ τῆς χώρας τράποιτο ἢ ἐπὶ ὑποζύγια ληιζόμενον, καὶ οὕτω τόλμᾳ μεγίστῃ ἐφεπόμενος τῷ στρατεύματι· περιφανῶς δὲ ἐφεπόμενον αὐτῷ διαμάχεσθαι. καὶ δὴ λέγεται διαπορευομένῳ τῷ στρατεύματι ἐπέκειτο ἐν λύπῃ πάνυ χαλεπῶς, καὶ ἐξετίθει, καὶ διαφθείρων οὐκ ἀνίει. ἔνθα Βρενέζεω θεράποντος γνώμην ἀποδεικνυμένου ὥστε ἐνστρατοπεδεύσασθαι τὸν στρατὸν αὐτοῦ καὶ ἀπαλλαγὴν εὕρασθαι, ἀπὸ τούτου μέγα τὸ ἀπὸ τοῦδε εὐδοκιμεῖν παρὰ βασι- P. 42

usque ad hoc tempus in regno durarunt. contra istum Myrxam Paiazites, crimini dans quod prior incipiens bellum socia arma iunxisset Sigismundo Romanorum imperatori, cum exercitu profectus est. traiecto Istro porro progressus praedam mancipiorum multam ex ista regione rapiebat. Myrxas collecta manu non modica suorum, quomodo obviam procedere hosti praeliique potestatem facere posset, nullo modo consultabat. uxores et liberos deponens in montem Prasobum, sequebatur Paiazitis exercitum per glandiferas istius regionis silvas; quae cum plurimae ibi sint, regionem ambiunt, adeo ut eam difficilem accessu hostibus praestent captuque haud facilem. Myrxas sequens Paiazitis exercitum insignia virtutis opera faciebat, impigre cum hostibus manus conserens, sicubi avulsi erant ab reliquo exercitu, aut sicubi frumentatum aut ad praedas pecoris agendas se convertissent. et in hunc modum sequens hostilem exercitum, magna audacia fretus, ex aperto cum hoste conflixit. aiunt Myrxam transeunti exercitui graviter institisse; cumque foret in loco admodum difficili, hostilis exercitus eum adortus est; nec cessavit hostem fortiter mactare. ibi Brenezes regius minister cum bonum dedisset consilium, videlicet ut castra eo loci communirent, mali liberationem invenerunt. ex hoc tempore longe gratissimus fuit regi Brenezes,

λεῖ, καὶ ἐς στρατηγίας χρηματίζοντα ὑπὸ βασιλέως ἐπὶ μέγα χωρῆσαι δυνάμεως. τότε μὲν οὖν αὐτοῦ Παιαζήτης ἐνηυλίσατο, ἐπισχὼν τὴν ἡμέραν ἐκείνην· τῇ δ' ὑστεραίᾳ διεπόρθμευσεν ᾗ ἐδύνατο ἀσφαλέστατα τὸν στρατὸν διὰ τοῦ Ἴστρου.

Οὕτω μὲν οὖν αὐτῷ ὁ ἐπὶ Δακίᾳ στρατὸς ἐπεπρήγει· μετὰ δὲ ταῦτα ἐλαύνων ἐπολιόρκει Βυζάντιον, ἀπὸ αἰτίας τοιᾶσδε. οἱ γὰρ δὴ Ἑλλήνων βασιλεῖς, ὡς αὐτῷ παραγενόμενοι ἐς τὰς θύρας παρῆσαν, καὶ συνεστρατεύοντο ἑκάστου ἔτους. καί ποτε ὄντος βασιλέως ἐν Φερραῖς τῆς Μακεδονίας χώρας καὶ διατρίβοντος, καὶ τοῦ Ἑλλήνων βασιλέως
B φοιτῶντος ἐντεῦθα ἐπὶ τὰς θύρας καὶ τοῦ τῆς Σπάρτης ἡγεμόνος καὶ Κωνσταντίνου τοῦ Ζάρκου παιδὸς καὶ Στεφάνεω τοῦ Ἐλεαζάρου, ἀφικνεῖται ἀπὸ Πελοποννήσου ὁ τῆς Ἐπιδαύρου τὸ παλαιὸν γενόμενος ἄρχων, τοὔνομα Μαμωνᾶς, ὃς ἀφικόμενος παρὰ βασιλέα Παιαζήτη ἐνεκάλει τῷ τῶν Ἑλλήνων βασιλέως ἀδελφῷ ὡς ἀφελομένῳ τήν τε Ἐπίδαυρον καὶ ποιήσαντι αὐτὸν κακά. ἤχθετό τε τῷ Ἑλλήνων βασιλεῖ Παιαζήτης. ἐνῆγε δὲ ἐς τοῦτο καὶ Ἰωάννης ὁ Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως παῖς, ὃς παρὼν αὐτοῦ τὴν δίαιταν εἶχεν ἀπὸ Παιαζήτεω. καὶ δὴ λέγεται καὶ ἀνελεῖν ὡρμημένον περὶ ὁμιλίας

6. ἐπεπήγει P

electusque ab eo dux tandem maximam nactus est potentiam. Paiazites, sicuti consuluerat Brenezes, eo loci castrametatus est, et quiete per eum diem exercitum recreavit. postero autem die exercitum quam potuit tutissime transmisso Istro in suam regionem reduxit.

In hunc modum exercitus, quem contra Dacos duxerat, domum reversus est. his peractis bellum movit contra Byzantium, urbemque tali de causa obsidione cinxit. Graecorum reges concesserant in potestatem Paiazitis: proinde in ianuis degebant quotannis militantes sub Paiazite, quocunque vim belli vertisset. Paiazites, cum quondam foret Pherris Macedoniae ibique moras traheret, Graecorum rex, Spartae dux, Constantinus Nazarei filius, Stephanusque Eleazari filius profecti sunt in ianuas. ibi tum ad regem Paiazitem venit Mamonas ab Peloponneso, qui quondam imperio rexerat Epidamnum; accusabatque Graecorum regis fratrem, ut qui sibi Epidamnum eripuisset et iniuriis plurimis se obruisset. Paiazites indignatione inflammabatur contra Graecorum regem. indignationem hanc regis augebat instigando Ioannes Andronici regis filius, qui praesto erat et victum apud Paiazitem habebat. ferunt quod rex conatus sit eum interficere, cum colloqueretur secum. verum cunctatus est. nec tamen multo post illum interemit Halies Charatinis filius, qui ei admodum

ἐχοντα, μετέμελεν αὐθις οὐ πολλῷ ὕστερον. ἐπήμυνε δὲ αὐ- C
τῷ τὸν ὄλεθρον Ἀλίης ὁ Χαρατίνεω παῖς, ὃς συνήθης αὐτῷ
ἐτύγχανεν ὢν καὶ χρήμασιν ὡς τὰ μάλιστα ἐθεραπεύετο ὑπ'
αὐτοῦ. συνιόντες δὴ οὖν ἐς ταὐτὸ οὗτοι οἱ ἡγεμόνες ἐν τῷ
τότε χρόνῳ, περὶ τὰς θύρας τοῦ βασιλέως διατρίβοντες, ἐδί-
δοσαν σφίσι λόγους ὡς μηκέτι τοῦ λοιποῦ ἀφίξεσθαι ἐπὶ τὰς
θύρας. ἐνταῦθα μὲν οὖν ἐγγυᾶται Κωνσταντῖνος ὁ Ζάρκου,
Δραγάσεω δὲ ἀδελφός, ὃς ἐκείνου τελευτήσαντος τοῦ Ζάρκου
ἦν ἀνδρῶν ἄριστος τὰ ἐς σύνεσίν τε καὶ πόλεμον, οὐδενὸς
λειπόμενος τῶν ἐς ἐκεῖνον τὸν χρόνον, καὶ πρός τε Ἀλβανοὺς
καὶ Τριβαλλοὺς πολέμους διαπολεμῶν χώραν τε αὐτῷ ὑπη-
γάγετο οὐ φαύλην, καὶ ἐπὶ τῇ τελευτῇ αὐτοῦ Κωνσταντῖνος
ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ κατέσχε τὴν χώραν καὶ ἐφοίτα ἐς τὰς βα- D
σιλέως θύρας. οὗτος ἐγγυᾶται τὴν θυγατέρα τῶν Ἑλλήνων
βασιλεῖ, ὥστε ἐμπεδοῦναι σφίσιν αὐτοῖς ὅσα συνέθεντο ἐς τὴν
ἀπόστασιν. ἠγάγετο μέντοι οὗτος Ἐμμανουῆλος καὶ πρότερον
τὴν τοῦ βασιλέως Κολχίδος θυγατέρα χηρεύουσάν τε, Ζετί-
νεω δέ τινος Τούρκων ἡγεμόνος γυναῖκα γενομένην, κάλλει τε
διαφέρουσαν. ταύτην γὰρ ὡς ἠγάγετο ἀπὸ Κολχίδος ἐς Βυ-
ζάντιον, θεασάμενος ὁ πατὴρ αὐτοῦ τότε βασιλεύων, ὡς ἐδό-
κει αὐτῷ κάλλει τε γυναικῶν πολλῶν εἶναι καλλίστη καὶ τοῖς
ἄλλοις ἧ ἐλέγετο ὑπερφέρουσα, ἑαυτῷ τε ταύτην ἠγάγετο,
ἀφελόμενος τοῦ παιδός. ἦν δὲ καὶ ἐν νόσῳ τῇ ποδαλγίᾳ δι-

1. ἀπήμυνε? 11. πολεμίους P: corr H 15. ἐμπεδοῦν? an ἐμπεδοῦσθαι?

familiaris erat multisque opibus ab eo donatus. convenientes igitur in unum duces illi, cum ea tempestate in ianuis agerent, consilium inibant non amplius redeundi in ianuas. Constantinus Zarci filius Dragasisque frater scientia militari facile omnes excellebat, nec ulli prudentia credebatur tum temporis secundus. is bello adortus Albanos et Triballos hostes, in dicionem accepit regionem haud poenitendam. quo mortuo Constantinus frater regionem obtinuit, ianuasque frequentare coactus est. hic promittit Graecorum regi filiam se desponsurum, si rata manserint ea quae super defectione convenerint. duxerat iste Emanuel iam ante regis Colchorum (qui et Trapezuntis imperator) filiam viduam, quae fuerat Zetinis Turcorum cuiusdam ducis uxor, forma supra modum venusta. quam cum Byzantium a Colchide adduxisset, videns eam pater forma praeditam excellenti, necnon aliis excellere quae in muliere dicuntur bona, non dubitavit eam auferre filio sibique connubio iungere. erat autem is adeo addictus podagra, ut ne stare quidem erectus potuerit. ferunt hunc insanientem amore muliebri plurima indecora commisisse; delectatumque pel-

V. 34 φθαρμένος, ὥστε μηδ' ὀρθούμενον στῆναι οἷόντ' εἶναι. λέγε-
P. 43 ται δὲ οὗτος ταῖς γυναιξὶν ἐπιμαινόμενος κατὰ πολὺ ἄττειν
ἁρεπῆ ἐξενεχθῆναι, ἡδόμενος ταῖς τε ψαλτρίαις καὶ συγγενό-
μενος ἀποθέσθαι τὴν ἐργασίαν τῆς βασιλείας ἐν ὀλιγωρίᾳ πε-
ποιημένος, γανύμενός τε περὶ τὰ τοιαῦτα. οἱ μὲν οὖν ἡγε-
μόνες ἐν ταῖς θύραις ὄντες τοῦ Παιαζήτεω συνετίθεντο ἀλ-
λήλοις ὡς ἀποστησόμενοι γενομένης τῆς ἐπιγαμίας· μετὰ δὲ
ταῦτα, ὡς εἶχεν ἕκαστος, ἀπηλλάττετο ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ χώραν.
καὶ βασιλεὺς μὲν Ἑλλήνων, διαφυγὼν βασιλέα Τούρκων,
ἀφικνεῖται ἀπὸ Φερρῶν ἐς Βυζάντιον τεταρταῖος, ἢ λέγεται,
B Θεόδωρος δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀφίκετο ἐπὶ Πελοπόννησον.
καὶ οἱ λοιποὶ δὲ ὡς ἕκαστος ἀπήλαυνεν ἐπὶ τὰ ἑαυτοῦ, ἐπι-
τραπέντες ἰέναι ὑπὸ βασιλέως ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἤθη ἕκαστος. ὕστε-
ρον μέντοι, [ὡς] τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, ὡς οὐ παρεγένετο
Βυζαντίου βασιλεὺς ἐπὶ τὰς θύρας καὶ ἠγγέλλετο τῷ Παια-
ζήτῃ μηδὲ ἐλθεῖν τοῦ λοιποῦ ἔτι διανοούμενος, ἐπιπέμψας
Ἁλίην τὸν Χαρατίνεω, ἄνδρα δὴ τῶν παρ' ἑαυτῷ μέγα δυ-
νάμενον, ἐπέτελλε παρεῖναι αὐτὸν ἐς τὰς θύρας παραγενόμε-
νον· εἰ δὲ μή, πόλεμον προαγορεύειν αὐτῷ βασιλεῖ. ἐλθὼν
μέντοι οὗτος ὁ Ἁλίης ἐς τὸ Βυζάντιον δημοσίᾳ μὲν ἔλεγε τὰ
ἐπεσταλμένα αὐτῷ ὑπὸ βασιλέως, ἐχρημάτιζε δὲ αὐτῷ, ὡς
C ἔνιοι λέγουσιν, ἰδίᾳ συγγενόμενος, μηδαμῶς ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς

1. μὴ διορθούμενον P 2. πολλὰ H 22. συγγενόμενον P

triis, harumque consuetudine delinitum, curam decenter administrandi regni negligenter omisisse. postquam nuptiae, ut convenerat, intercessissent, duces ad defectionem adspirant, cum singuli, quantum possent, ad suam regionem dilaberentur. rex Graecorum fugiens Turcorum regem quarto die a Pherris Byzantium, ut perhibent, pervenit. Theodorus huius frater venit in Peloponnesum. reliqui quoque, impetrato a rege commeatu, ad sua redierunt. appetente deinde aestate, Byzantii rex cum se non conferret in ianuas, nunciareturque Paiaziti ipsum nunquam deinceps in ianuas affuturum, decrevit mittere Byzantium Haliem Charatinis filium, cui plurimum fidebat. huic praecepit ut iuberet Graecorum regem venire in ianuas: si renueret, renuenti illico bellum indiceret. Halies autem cum appulisset Byzantium, publice quae habebat mandata regi exponit: privatim vero regi consuluit, in colloquium admissus, ne ianuas adiret. Emanuel respondit se imperata promptissime facturum, sibi vitam non amplius suavem fore dicens, si offendisset regem: se brevi in ianuas, iuxta praeceptum regis, adventurum. deinde abeunte Halie, cum iam constaret eum nequaquam reversurum in ianuas, arma adversus eum arripuit Byzantiumque oppugnavit. cum eo cum exercitu pergeret, terram

βασιλέως θύρας. Ἐμμανουῆλος μὲν ἀπεκρίνατο ὡς πείθεσθαί τε ἕτοιμος εἴη καὶ βασιλεῖ μὴ θαρρῶν οὐκέτι βιωτὸν τὸν βίον αὐτῷ ἡγήσαιτο, ἀλλ' ὡς ἐν βραχεῖ παρεσόμενον ἑαυτὸν ὑποδέχοιτο τῷ βασιλεῖ, ᾗ ἂν παραγγέλλοι. ὕστερον μέντοι ἀπιόντος Ἁλίεω, ὡς Παιαζήτῃ δῆλα καθεστήκει μηδὲ διανοεῖσθαι αὐτὸν ἰέναι ἐπὶ τὰς θύρας, ἐπήλαυνέ τε καὶ ἐπολιόρκει Βυζάντιον. ἐπελαύνων δὲ τήν τε γῆν ἔκειρε καὶ τὴν χώραν ἑκάστην ἐδήου, καὶ κώμας ἀνδραποδισάμενος τὰς προαστείους, ὡς οὐδὲν προεχώρει ἡ τοῦ ἄστεος αἵρεσις, ἀπεχώρησεν αὐτὸς ἐπ' οἴκου. ἐπιπέμπων δὲ στράτευμα πανταχῇ ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐπολιόρκει τὴν μακρὰν γενομένην πολιορκίαν ἐπὶ δέκα ἔτη, ἐν οἷς πολλά τε τῆς πόλεως ταύτης ἀπεγένετο ὑπὸ λιμοῦ διαφθαρέντα καὶ ἐπὶ τὸν βάρβαρον ἀπιόντα. τὴν μὲν οὖν Σηλυβρίαν αὐτὸς κατεῖχε Παιαζήτης, ἐπετρόπευε δὲ ταύτης Ἰωάννης ὁ Ἀνδρονίκου παῖς, ὃς διαφυγὼν ἀπὸ Βυζαντίου τὸν πατρωόν, ὡς οὐκ ἠδύνατο, παρεῖχεν αὐτὸν ἐς ὅ τί περ ἂν αὐτῷ χρήσαιτο ὁ πατρωὸς Βυζαντίου τότε βασιλεύων. ὁ δὲ πέμπων αὐτὸν ἐς Ἰταλίαν, διαπραξάμενον αὐτὸν ὅσα γε δὴ ὑπετίθετο, ἔπεμπε παρὰ Ἰαννίους ἐπικουρίας δεησόμενον δῆθεν· κρύφα δὲ πέμπων τοῖς Ἰαννίοις ἐπέτελλεν ἐν φυλακῇ τε ἔχειν αὐτὸν μηδαμῇ μεθιέντας. ὁ δὲ χρόνου ἐγγινομένου διαφυγὼν τοὺς Ἰαννίους, καὶ ἀπὸ Ἰταλίας ἀνέβη παρὰ βασιλέα Παιαζήτην, ὃς πολιορκῶν Βυζάντιον καὶ ἄγων αὐτὸν τήν τε Σηλυβρίαν παρεστήσατο ὁμολογίᾳ καὶ ἐπέστησεν

P. 44

3. ἡγήσατο P 4. ᾗ H, ἢ P 14. Συλληβρίαν P

eorum singulasque regiones gravissima vastitate afflixit, suburbanaque omnia diripuit. urbis oppugnatio cum ei non succederet, reversus est domum; singulisque annis mittebat exercitus, peragebatque longam illam obsidionem, quae decennio duravit. haec obsidio plurimum damni Byzantiis invexit: plurimi namque fame necati sunt, plurimi quoque desciverunt ad barbarum. Syllebria in potestatem Paiazitis venit. huius moderator erat Ioannes Andronici filius, qui fugiens Byzantio, ne incideret in patrui iras Byzantium regentis, cum fuga neutiquam sibi consulere posset, se ipse patruo tradidit, ut eo ad suum uteretur arbitrium. patruus eum misit in Italiam; ubi cum imperata exequutus esset, legatus ire iussus est ad Ianuenses, auxilium oraturus; quibus tamen occulte nuntium miserat, ut Ioannem advenientem in vincula coniicerent nec quoquam abire paterentur. hic tandem interiecto tempore, cum diu in carcere latuisset, erupit; carcereque liberatus, relicta Italia, contendit ad regem Paiazitem, ea tempestate Byzantium oppugnantem; a quo amice susceptus est, et

ἄρχοντα. μετὰ δὲ ταῦτα ἐλαύνων ἐπὶ Βυζάντιον, ὡς οὔ προεχώρει αὐτῷ ἡ Βυζαντίου αἵρεσις προσβαλόντι, λιμῷ ἐξεπολιόρκει. καὶ εἶλεν ἂν τὴν πόλιν, εἰ μὴ ὁ Τεμήρης ἐλαύνων μεγάλῃ χειρὶ ἠγγέλλετο ἐπ' αὐτόν, ὅτε δὴ καὶ αὐτὸς ἑάλω ὑπὸ Τεμήρεω καὶ τὰ πολλὰ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἀπώλετο τῆς ἐν τῇ Ἀσίᾳ.

Ὡς μὲν οὖν τὸ Βυζάντιον Παιαζήτης πολιορκῶν οὐκ ἀνίει, καὶ ἔγνω βασιλεὺς Ἑλλήνων τόν τε λεὼν τετρῦσθαι ἐς
V. 35 τὸ χαλεπώτατον, καὶ οὐκ εἶχεν ὅπως τοῦ κακοῦ ἐξαπαλλαγῇ,
B ἐπέτρεψέ τε τὸ Βυζάντιον τῷ ἀδελφιδῷ Ἰωάννῃ, τῷ Ἀνδρονίκου παιδί. ὡς γὰρ οἱ ἤχθετο Παιαζήτης ὅτι δι' αὐτὸν οὐ προεχώρει ἡ Βυζαντίου αἵρεσις, καὶ ἐν ὑπόπτῳ καθειστήκει, ἀποφυγὼν βασιλέα ἐσῆει ἐς Βυζάντιον. καὶ αὐτὸν ἄσμενός τε ἐδέξατο ὁ πατρωὸς βασιλεὺς Βυζαντίου, καὶ τὴν πόλιν ἐπιτρέψας ᾤχετο ἀποπλέων ἐπὶ Ἰταλίαν, ἐπικουρίας δεησόμενος ἐς τὴν ὑπὸ τῶν πολεμίων πολιορκίαν μακρὰν καθεστηκυῖαν, μὴ περιιδεῖν τὴν πόλιν ἀπολλυμένην. ὡς δὲ κατὰ τὴν Πελοπόννησον ἐγένετο, κατέθετο μὲν αὐτοῦ ἐν Πελοποννήσῳ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρὰ τῷ ἀδελφῷ, αὐτὸς δὲ ἀπέπλει ἐς
C Ἰταλίαν. τραπόμενος δὲ ἐπὶ Οὐενετῶν καὶ χρηματίσας αὐτοῖς ὅσα ἠβούλετο, ᾤχετο ἐπὶ τὸν Λιγυρίας τύραννον, Μεδιολάνου δὲ ἡγεμόνα· ὁ δὲ φιλοφρονησάμενός τε αὐτὸν τὰ

exercitu armato Syllebriam pactionibus in dicionem accepit, Ioannemque eidem rectorem dedit. reversus Byzantium, cum eam urbem vi expugnare non posset, fame eos debellandos esse statuit. urbem eam certe cepisset, nisi Temires nuntiatus esset magna manu adversus ipsum adventare. quod quidem eo tempore accidit, quando a Temire Paiazites captus pleraque Asiani imperii amisit.

Paiazites cum nihilominus a Byzantii oppugnatione cessaret, sciretque Graecorum rex suas copias in artum coactas, nec posset invenire huic urgenti malo remedium, Byzantium patrueli suo Andronici filio Ioanni commisit. nam Ioanni huic graviter iratus erat Paiazites, quasi ipse in causa esset quominus Byzantium in dicionem veniret. laborans igitur sinistra apud regem Paiazitem suspicione, ne eius iram experiretur, fuga se Byzantium recepit. huius adventus patruo Byzantii regi perquam gratus extitit, qui urbem patruelis fidei commendans navigavit in Italiam, petiturus auxilium contra longam illam obsidionem, ne videlicet urbem istam insignem pereuntem negligeret. cum venisset in Peloponnesum, uxorem suam deposuit apud fratrem, ipseque conscensa navi iter in Italiam maturavit. cum adiisset Venetos, iisque quae vellet explanasset, iter ad Liguriae principem Mediolanique ducem instituit; a quo comiter exceptus, pecunia equis

εἰκότα, καὶ χρήματα παρεχόμενος, ἀπέπεμψεν ἐπὶ τῶν Κελτῶν βασιλέα, ἵππους τε αὐτῷ παρεχόμενος καὶ τῆς ὁδοῦ ἡγεμόνας. ὡς δὲ ἐγένετο ἐπὶ τὸν Γαλατίας βασιλέα, ἐδεῖτο αὐτοῦ μὴ προέσθαι πόλιν βασιλίδα Ἑλλήνων ὑπὸ βαρβάρων πολιορκουμένην, προσήκουσαν ἀγχοτάτω τῷ βασιλέων Γαλατίας οἴκῳ. τοῦτον οὖν μεμηνότα εὑρὼν καὶ ἐν φυλακῇ ὑπὸ τῶν ἀρίστων κατεχόμενον ὥστε θεραπεύεσθαι τὴν νόσον αὐτοῦ, διέτριβεν αὐτοῦ ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον. Κελτῶν δὲ τὸ γένος τοῦτο μέγα τε ὂν καὶ ὄλβιον καὶ παλαιόν τε καὶ ἐφ' D ἑαυτῷ μέγα φρονοῦν, ὑπερέχειν τε τῶν ἄλλων τῶν πρὸς ἑσπέραν ἐθνῶν, ἀξιοῦν ἑαυτῷ μετεῖναι τῆς ἡγεμονίας τε καὶ Ῥωμαίων βασιλείας. ἔστι δ' ἡ χώρα αὐτῶν πρὸς ἕω μὲν τῇ Λιγύρων χώρᾳ, πρὸς μεσημβρίαν δὲ τῇ Ἰβηρίᾳ, καὶ πρὸς ἄρκτον τῇ Γερμανίᾳ, καὶ πρὸς ἑσπέραν τῷ ὠκεανῷ καὶ ταῖς Βρετανικαῖς νήσοις· διήκει δὲ ἀπὸ Ἄλπεων τῶν ἐκτὸς Ἰταλίας ἔστε ἐπὶ ὠκεανὸν καὶ ἐπὶ Γερμανοὺς ὁδὸν ἡμερῶν μάλιστα ἑπτακαίδεκα, ἀπὸ Ἰταλίας ἐς ὠκεανόν, ἀπὸ δὲ Ἰβηρίας ἐπὶ Γερμανίαν ὁδὸν μάλιστά πῃ ἐννεακαίδεκα. ἔστι P. 45 δὲ Παρίσιον πόλις ἐν ᾗ τὰ Κελτῶν βασίλεια, εὐδαιμονίᾳ τε καὶ ὄλβῳ προφέρουσα. καὶ πόλεις οὐκ ὀλίγαι τῆς Γαλατίας, ὑπ' αὐτῷ δὴ τῷ βασιλεῖ ταττόμεναι ἐς τὴν σφῶν διοίκησιν. εἰσὶ δὲ ἡγεμονίαι τε καὶ ἡγεμόνες δυνάμει τε προύχοντες καὶ ὀλβιώτατοι, ὑπ' αὐτῷ δὲ τῷ βασιλεῖ ταττόμενοι

10. φρονοῦν H, φρονὼν P 12. χώρα] χώρᾳ ὅμορος?

viaeque ductoribus oblatis, missus est ad Galliarum regem. cum processisset in conspectum Gallorum regis, rogavit ne Byzantium urbem Graecorum regiam, genere Galliarum regibus iunctam, in summum discrimen deductam despiceret. regem autem Gallorum invenit furiosum et diligenti custodia ab optimatibus asservatum, donec morbus curaretur rexque sanitatem reciperet: longo igitur tempore ibi haesit. gens Gallorum est admodum antiqua opulentaque. proinde cum nimium sibi tribuat, eo quod superet reliquas Occidentis gentes, etiam Romani imperii moderamen sibi vindicant. horum regionis terminus Orientalis est Ligurum regio, meridionalis Hispania, septentrionalis Germania: versus Occidentem Oceano Britannicisque clauditur insulis. longitudo eius colligitur ab Alpibus, quae sunt extra Italiam, usque ad Oceanum et Germanos itinere maxime decem et septem dierum, ab Italia usque ad Oceanum; ab Hispania usque in Germaniam se extendit itinere maxime decem et novem dierum. Lutetia, ubi regni sedes, divitiis opibusque et reliqua felicitate excellit. sunt quoque in ista regione urbes non paucae regi subiectae, quae propriis reguntur legibus. ducatus et duces istius regionis ditissimi et

καὶ ἐς τὰ βασίλεια παραγινόμενοι αὐτῷ, ὅ τε τῆς Βουργουντίας ἡγεμὼν χώρας πολλῆς τε καὶ μεγάλης, καὶ πόλεων ἄλλων τε καὶ τῆς Βρουγίων πόλεως καὶ Κλοζίων παραλίων καὶ Γαντύνης πόλεως εὐδαίμονός τε καὶ μεγάλης καὶ μεσογαίου.
B ἔστι δ' αὐτῷ ἡ Βρουγίων πόλις πάραλος παρὰ τὸν ὠκεανόν, ἀντικρὺ τῆς Βρετανικῆς Ἀγγλίας οὕτω καλουμένης νήσου, ἐς ἣν ὁρμίζονται νῆες ἀπό τε τῆς ἡμετέρας τῆσδε θαλάσσης καὶ ἀπὸ τῶν ἐς τὸν ὠκεανὸν πόλεων τῆς τε Γερμανίας Ἰβηρίας Ἀγγλίας Δακίας καὶ τῶν λοιπῶν δυναστειῶν. διέχει δὲ αὕτη ἡ πόλις ἀπὸ Ἀγγλίας σταδίους πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. ἡ δὲ χώρα ἣν αὕτη καλεῖται Φλανδρία, καὶ εἰσὶ τούτοις τοῖς ἡγεμόσι Βουργουντίας ἔργα ἀποδεδειγμένα ἄξια λόγου ἐς τὴν Κελτικὴν χώραν πρός τε αὐτὸν βασιλέα τῆς Γαλατίας καὶ πρὸς τοὺς Βρετανούς. μετὰ δὲ ταῦτα ἡγεμὼν ἐπὶ τῆς ἠπείρου Βρετανίας ἔχεται ἐκ τῆς γῆς τῆς τοῦ βασιλέως χώρας.
C ἐπὶ δὲ τούτοις ἡγεμὼν τῆς . . . . τούτων δὲ ἔχεται χωρῶν ἡγεμόνος Σαβωΐας χώρα, μεγάλη τε καὶ ὑπερκαλλής, ἐπὶ Αι-
V. 36 γυρίαν καθήκουσα. πρὸς δὲ τὴν πάραλον χώραν τῆς Γαλατίας ὧδε ἄν μοι διακέοιτο πρὸς ἱστορίαν. ἡ μέντοι Ἰανύη πύλη τις οὖσα τῆς Γαλατίας ἐπέχει χώραν, ἐπὶ τὴν Προβεντζίαν καθήκουσα, ἧς ἄρχει ὁ τοῦ οἴκου τοῦ βασιλέως τῆς Γαλατίας Ῥογέριος βασιλεύς. ἦν μητρόπολις ἡ Νίτια Προ-

1. παραγενόμενοι P 14. Βρετανιούς P ἐπὶ τῆς] τῆς ἐπὶ?

opulentissimi, qui regi parent, semper in aulam eius accedentes. horum de grege est Burgundiae dux, imperitans regioni magnae necnon urbibus plurimis; inter quas etiam recensetur Brugensium urbs et Cloziorum maritimorum, necnon Gantyna, urbs magna et florens opibus. est autem Brugensium urbs maritima, Oceano adiacens e regione Angliae, insulae sic appellatae; ad quam et naves a nostro mari et ab urbibus in Oceanum vergentibus, ab Germania Hispania Anglia Daciaque et a reliquis regionibus appellunt. Flandria isti regioni nomen est. extant autem Burgundiae ducum egregia facinora, edita adversus Galliam Galliaeque regem, praeterea adversus Anglos. postea dux continentis Britannicae finitimus est, prodiens ex ea terra quae pertinet ad regionem regis. ultra hos conterminus est dux * * * * his regionibus adnexa est Sabaudia, regio amplissima et pulcherrima, ad Liguriam usque excurrens. quantum autem spectat ad maritimam Galliae regionem, in hunc modum mihi ad praesentem historiam adhibita sit. at ianua, quae est quasi porta Galliae, amplectitur regionem quae versus Provinciam vergit, quam imperii habenis temperat Rogerius rex, ortus ex inclyta Galliae regum prosapia Nicia metropolis est Provinciae. hinc sequuntur et aliae urbes, inter

βεντζίας. πόλεις δὲ ἔχονται ἥ τε Ἀβινιὼν πόλις, καθ' ἣν γέφυρα ἐπέστη μεγάλη δὴ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην, ἔστε ἐπὶ Βαρκενώνην χώραν ἐλθεῖν.

Αὕτη μὲν οὖν ἡ χώρα τῆς Γαλατίας, ὡς συνελόντι διεξιέναι· τὸ δὲ γένος τοῦτο Κελτῶν λέγεται παλαιόν τε καὶ D ἔργα πρὸς τοὺς ἀπὸ Λιβύης βαρβάρους ἀποδεδειγμένον λαμπρά, καθ' ὃν δῆτα χρόνον βασιλεῖς Ῥωμαίων καὶ αὐτοκράτορες ἀπεδεικνύοντο οἱ τῶν Κελτῶν βασιλεῖς. Κάρουλον δὲ μάλιστα δὴ τῶν βασιλέων τούτων τὸν πρὸς τοὺς Λίβυας πόλεμον ἀνελόμενον, συνεπιλαμβανομένου τοῦ τε ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Ὀρλανδίου, ἀνδρὸς τόλμῃ τε καὶ ἀρετῇ τὰ ἐς στρατὸν ἐπισήμου γενομένου, καὶ Ῥινάλδου καὶ Ὀλιβερίου καὶ ἄλλων τῶν ταύτῃ ἡγεμόνων, Παλατίνων καλουμένων, συνδιαφερόντων αὐτῷ τὸν πόλεμον, καὶ πολλαχῇ κατὰ τὴν Γαλατίαν μὲν πρῶτα, μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ Ἰβηρίαν τρεψάμενον τοὺς ἐναντίους νίκας ἀνελέσθαι περιφανεῖς. καὶ κλέος αὐτῶν ἀνὰ Ἰταλίαν καὶ Ἰβηρίαν καὶ δὴ καὶ Γαλατίαν μέγα ἐς τόδε ἀεὶ εὐφημούμενον ᾄδεται ὑπὸ πάντων. Λίβυες γὰρ διαβάντες τὸν P. 46 πρὸς Ἡρακλείους στήλας πορθμὸν κατέσχον τε κατὰ βραχὺ προϊόντες τὴν Ἰβηρίαν, μετὰ δὲ ταῦτα Ναβάρην τε χειρωσάμενοι καὶ Πορτουγαλίαν χώραν, ἔστε ἐπὶ Ταρακῶνα ἐλαύνοντες, τὰ ἐς τήνδε αὖ τὴν χώραν καταστρεψάμενοι ἐσέβαλον ἐς τὴν Κελτικήν. Κάρουλος μὲν οὖν καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πόλε-

17. τόνδε P

quas commemoratur Tabiniorum urbs, quae pontem habet maximum eorum qui in orbe sunt, qua patet aditus ad Barcenonem regionem.

In hunc modum, quantum breviter potui, descripta sit Gallia. vetustate dicunt gentem hanc plurimum excellere, praeterea saepius magna cum gloria fudisse barbaros ex Libya profectos, praesertim eo tempore quo Gallorum reges et Caesares imperiique Romani reges eligebantur. Carolum autem ferunt prae reliquis regibus strenue rem gessisse adversus Poenos (qui et Saraceni); cui auxilio venere Orlandus vir eximia fortitudine scientiaque militari illustris, et Rinaldus Oliberiusque, nec non alii duces Palatini nuncupati. qui ubique, cum in Gallia tum in Iberia, fugantes hostes plurimas insignes nacti sunt victorias. eorum gloria adhuc hodie laudibus apud Italos Gallos Hispanosque celebratur. Poeni enim ea traiicientes ubi Herculis columnae visuntur, incursionem fecerunt in Iberiam, quam summa celeritate occuparunt. hinc Navarram capientes, Portugalliaeque regionem qua patet usque ad Tarraconem, et quae ad hanc pertinent, subigentes, devenerunt et in Galliam. Carolus cum suis obviam his

appetens: verum quaestione habita nullum invenire crimen potuisse. adolescentem quidem evasisse illatum crimen. ex qua re non mediocris laetitia oborta est; ipseque domum rediit. deinde iterum captus est, cum interfecisset virum qui crimen proditionis ei impegerat. unde in Creta morari coactus est. tandem cum denuo proditionis reus fieret, decemviri civitatis eum accersentes, cum omnia tentarent, nec ullo modo crimen pateret, remissus est in Cretam; nec multo post ibidem vita decessit. dux igitur Calliopolis veniens in regis regionem et in navale eius, naves militibus implevit, et ducens triremes viginti quinque aliasque naves circiter octoginta, regia classe Venetis, quos contra procedebat, terrorem iniicere nitebatur. hi quidem sublatis navium armamentis progressi sunt Periponnesum, nihil metuentes hostem. navis Peloponnesiaca relinquebatur a tergo, quia postremo adducenda erat; quae, cum regia triremis appropinquasset, accersebatur. dux autem Venetorum sublato signo eam sequi nec priorem in hostem incursionem facere iubebat. Peloponnesiacae triremis dux, cum putaret se iussum irruere in hostem et propter eandem rem signum esse datum, impetum in regis navem fecit, eamque demergit. reliquae barbarorum naves cum adverterent a parte adversa

καὶ ἐς μάχην καθίστανται, ἐπείγονται ἐπαμύνειν βουλόμεναι ἐπὶ τὴν Πελοποννησίαν ναῦν. ἐνταῦθα δὴ αἱ λοιπαὶ τῶν Οὐενετῶν τριήρεις κατιδοῦσαι τὸ γεγονός, ὡς ἐπὶ τὴν σφετέραν αἱ βαρβαρικαὶ νῆες ἐπείγονται, ἀντανήγοντο καὶ αὗται ἐπὶ ναυμαχίαν. καὶ ὡς ἐναυμάχουν, διέκπλουν τε ἐποιήσαντο, καὶ καταδύσαντες ναῦς τέ τινας καὶ ζωγρήσαντες τὰς λοιπὰς ἐς τὴν γῆν ἐτρέψαντο καὶ ἐνίκησαν Οὐενετοί, ναῦς λαβόντες τῶν βαρβάρων τρισκαίδεκα, κενὰς δὲ τὰς πλείους· οἱ γὰρ Τοῦρκοι, ὡς ἁλίσκοιτο ἡ ναῦς, ἐς τὴν θάλατταν ἔπιπτον καὶ ἐξένεον ἐπὶ τὴν γῆν. ἐνταῦθα ὡς ἤδη πόλεμον τοῖς Οὐενετοῖς ἀνελομένοις πρὸς βασιλέα Μεχμέτην, τήν τε Λάμψακον πολιορκίᾳ παρεστήσαντο καὶ φυλακὴν ἐγκατέλιπον, καὶ αὐτοὶ ᾤχοντο ἐπ' οἴκου ἀποπλέοντες. ἐνταῦθα μέντοι οἵ τε Οὐενετοὶ τοῦτον τὸν στρατηγόν, ὃς περιεγένετο τοῦ τῶν βαρβάρων στόλου, ἤγοντο θανάτου ὡς πρότερον ὑπάρξαντα ἀδικίας καὶ λελυκότα τὰς σπονδὰς παρὰ τὰ ἐπεσταλμένα αὐτῷ. καὶ ἐν δίκῃ γενόμενος παρὰ δικασταῖς ἀπελύθη μὴ αὐτὸς πρότερος ὑπάρξαι τοῦ πρὸς βάρβαρον πολέμου. μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον διεπρεσβεύσαντο καὶ σπονδὰς ἐποιήσαντο.

Ἐς τούτους μὲν οὖν οὕτως ἔσχε τῷ βασιλεῖ Μεχμέτῃ· τοῖς δὲ Ἕλλησιν ἐπιτήδειός τε καὶ συνήθης ἠξίου θεραπεύειν ὅτου ἂν δεήσαιντο παρ' ἑαυτῷ δι' αἰτίαν τήνδε. Μουσταφᾶς

occeptum praelium, et ipsae ad praelium se convertebant; festinantque impetum in Peloponnesiacam navem dantes resistere fortiter. Veneti ut viderunt quod parabatur, videlicet classem hostilem incursare in Peloponnesiacam triremem, ipsi quoque ad navale certamen accingebantur. interim dum ferveret praelium, navigabant per omnes hostium naves, quasdam remis ad litus agentes. Veneti in hunc modum victoria potiti sunt, capientes naves barbaricas tredecim, plerasque tamen vacuas: nam Turci ubi senserant naves, in quibus erant, iam capiendas, in mare se abiiciebant et in terram enatabant. eodem tempore cum armis urgerent Veneti Mechmetem, Lampsacum obsidendo in dicionem acceperunt; ibique praesidio relicto domum reversi sunt. Veneti ducem illum qui praelia secunda contra barbaros fecerat, reversum capitis accusabant. crimini dabatur, quod prior praeter ius et aequum, et praeter magistratus imperium, praelium iniisset foederaque fregisset. cum in hunc modum capitis anquireretur, crimine absolutus est ut qui praelium haud prior incepisset. nec tempore multo interposito legationes ultro citroque missae inter utrosque pacem icto foedere sanxerunt.

Mechmetes quidem, quemadmodum accepimus modo, erga Venetos affectus erat. Graecis vero erat perquam familiaris, eosque colere cu-

γάρ τοι ὁ τῶν Παιαζήτεω παίδων, μιμησάμενος Μωσέα τὸν ἀδελφόν, καὶ πρὸς τὸν Σινώπης ἄρχοντα πολέμιον ὄντα τῷ ἀδελφῷ Μεχμέτῃ ἀφικόμενος, καὶ ὅρκια ποιησάμενος ὥστε ξένους εἶναί τε καὶ φίλους ἀλλήλοις, καὶ πρὸς τὸν Δακίας ἡγεμόνα διαπρεσβευσάμενος, ὡς αὐτὸν ἄσμενος ὑπεδέχετο καὶ B
τἄλλα ὑπισχνεῖτο συγκατεργάζεσθαι τὰ ἐς τὴν βασιλείαν, διέβη τε εἰς τὴν Δακίαν Μουσταφᾶς, καὶ χρόνον αὐτόθι διατρίψας συχνόν, ἔχων ἄνδρας τριακοσίους ἔπρασσε πρὸς τοὺς Τούρκων ἀρίστους, μετιὼν ἕκαστον. ὡς δ' οὐδὲν προεχώρει (ἦν γὰρ Μεχμέτης τά τε ἄλλα ἐπιεικὴς καὶ ἐς τὸ θεραπεύειν τοὺς ἀρίστους τῶν Τούρκων οὐκ ἀδόκιμος, τρόπου τε ἡσυχίου, ψευδῆ τε παῖδα ἐνέφηνεν εἶναι τοῦ Παιαζήτεω τὸν Μουσταφᾶν, καὶ ὡς οὐδαμῇ καταφανῆ σχόντες τὴν διατριβὴν αὐτῷ· τὸν δὲ παῖδα τούτου τελευτῆσαι παρ' ἀνδρὶ ἐπιτηδείῳ καὶ τὸν τρόπον δικαιοτάτῳ, ὃς ἀφῖκτο παρ' ἑαυτὸν C
τὸν θάνατον τοῦ παιδὸς διασημῆναι), ἐνταῦθα Μουσταφᾶς, ὡς οὐδὲν αὐτῷ κατὰ νοῦν ἀπέβαινεν ἀπὸ Δακίας, καὶ οἰόμενος ἑαυτῷ ἄμεινον ἔξεῖναι, ἢν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἀφίκηται, ἐν μέσῳ τῆς ἀρχῆς Μεχμέτεω ἱδρυμένος, ἐλαύνει ἀπὸ Δακίας διαμανὴς τῆς Θρᾴκης ἐπὶ τὴν Θέρμην, πόλιν Ἑλληνίδα. καὶ ἐς λόγους ἀφικόμενος τῷ Ἑλλήνων ἄρχοντι εἰσῄει τε εἰς

13. σχόντα II 20. διὰ μέσης?

piebat in omnibus quaecunque petiissent, haud gravatim largiendo. familiaritatis autem eius causa, quam nunc dabimus, erat. Mustaphas unus e numero filiorum Paiazitis, imitatus Mosen fratrem, ad Sinopium ducem, qui hostis erat Mechmetis, perveniens, iuramenti religione interposita se invicem amicos et hospites in posterum fore confirmabant. deinde cum legatos misisset ad Daciae ducem et amice ab eo foret acceptus, pollicereturque se ipsi suppetias laturum in regno quod averet acquirendo, in Asiam abire decrevit. cum in Asia longo tempore moratus esset, habens secum viros trecentos, haud cessabat ambire Turcorum optimum quemque et ad defectionem pellicere. cum res parum succederet, angebatur maxime. nam Mechmetes aequitatis amantissimus erat, et egregie optimates Turcorum colere norat, moribusque erat tranquillus et placidus. hic dicebat Mustapham haud legitimum, verum suppositicium esse Paiazitis filium, ut qui nullo vel parvo indicio patrem et fratres repraesentaret. filium Paiazitis Mustapham excessisse e vivis, seque Mustaphae veri filii Paiazitis mortem accepisse a viro integerrimo et iustissimo, qui sibi eam pro certo nuntiarit. Mustaphas, cum coeptis parum succederet, abiit ex Dacia; et res suas meliore statu fore credebat, si se contulisset ad Graecos, sic in medio Mechmetis regno constitutus. iracundo itaque animo, relicta Dacia, per Thraciam contendebat

τὴν πόλιν καὶ κατελήφθη. Μεχμέτης δὲ ὡς ἐπύθετο τάχιστα ἐς τὴν Θέρμην ἀφικέσθαι τὸν ἀδελφόν, αὐτίκα οὐδὲν
D ἐπισχὼν δρομαῖος ἐπῄει ἐπὶ τὴν Θέρμην, παραλαβὼν στρατόν, καὶ ἐζήτει τὸν ἀδελφὸν τοὺς Ἕλληνας. ὁ μέντοι τῆς Θέρμης ἄρχων ἄγγελον πέμψας ἐπὶ τὸν Βυζαντίου βασιλέα ἐδήλου τε ὡς ἔχει αὐτῷ περὶ τοῦ παιδὸς Παιαζήτεω Μουσταφᾶ, καὶ ὡς Μεχμέτης ἐπελαύνων ἐξαιτοῖτο τὸν ἀδελφὸν οἷα ψευδῆ ὄντα καὶ διαφθείροντα τὸ γένος αὐτοῦ. βασιλεὺς δὲ πρέσβυν τε ἔπεμψε πρὸς Μεχμέτην, καὶ συνέθετο αὐτῷ τὸν Μουσταφᾶν ἐς φυλακήν τε ποιήσασθαι καὶ μηδαμῇ μεθιέναι τε ἀπιόντα. καὶ ἐπὶ τούτῳ ὅρκιά τε ἐποιήσαντο, καὶ Μουσταφᾶν ἐν Ἐπιδαύρῳ τῆς Πελοποννήσου καὶ ἐν τῇ ἄκρᾳ
P. 109 τῆς πόλεως καθείρξαντες, αὐτόν τε τὸν Μουσταφᾶν, καὶ τὸν Σμύρνης ἄρχοντα Ζουναΐτην, ἅμα αὐτῷ ἀπὸ Δακίας ἐπὶ τὴν Θέρμην ἀφικόμενον καὶ συνεπιλαβόμενον τοῦ πρὸς Μεχμέτην πολέμου. τούτους μὲν οὖν Ἕλληνες εἶχον ἐν φυλακῇ ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον, μετὰ δὲ ταῦτα ἤγαγον ἐς τὴν Λῆμνον καὶ ἐς τὴν Ἴμβρον, καὶ αὐτοῦ εἶχον ἐν φυλακῇ ἐς ὃ δὴ ἐτελεύτησε Μεχμέτης ὁ Παιαζήτεω. τότε μὲν δὴ χαριζόμενοι τῷ βασιλεῖ οἱ Ἕλληνες, καὶ τὴν ὁμοίαν ἀνταποδιδόντες, κατέθεντο τούτους ἐν Ἐπιδαύρῳ τῆς Πελοποννήσου· καὶ οὐκ ἔστιν ὅτου ἀποτύχοιεν διὰ ταῦτα παρὰ βασιλεῖ Μεχμέτῃ.

Thermam, quae urbs est Graecorum. ibi veniens in colloquium cum Graecorum duce, et urbem ingressus, captus est. Mechmetes ubi rescivit fratrem suum pervenisse Thermam, confestim omni mora posita, Thermam summa celeritate adhibita profectus est; assumptoque exercitu, fratrem quaerebat apud Graecos. dux Graecorum, qui Thermam regebat, nuntium ad Byzantii regem ire iubet, ut dicat quid egerit cum Mustapha; narraret quoque advenisse Mechmetem, et postulare sibi dedi Mustapham ut fratrem suppositicium et sui generis maculam. rex misso legato pactum iniit cum Mechmete, quo iubebatur Mustapham in vincula dare, nec inde abire ipsum pateretur. pactum hoc iurisiurandi religione firmarunt. Mustapham igitur una cum Smyrnae duce Zunaite, qui cum eo Thermam advenerat accesseratque belli contra Mechmetem adiutor, in arce Epidauri in carcerem dedere vinctos. Graeci tempore longo eos in vinculis asservarunt. postea ducti sunt in Imbrum et Lemnum, ubi in carcere captivi delituere usque ad Mechmetis obitum. cum igitur Graeci hac in re morem gessissent Mechmeti et quasi gratiam retulissent, in carcere condentes Mustapham, accidit ut in posterum quaecunque vellent, facile apud regem Mechmetem impetrarent.

Τότε μὲν οὖν παρασχὸν σφίσιν ἐν βελτίονί τε τῇ πρόσθεν ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀεὶ καταστάσει ἐτύγχανον ὄντες, εὖ B
πράττοντες, καὶ τήν τε Πελοπόννησον καθίστασαν ἐπὶ τὸ σφίσι δοκοῦν ἕξειν ὡς συμφερώτατα. Ἐμμανουήλῳ μέντοι
ἐγένοντο παῖδες ὅ τε Ἰωάννης ὁ πρεσβύτερος, ὃν δὴ τοῖς Ἕλλησιν ἀπεδείξατο βασιλέα, καὶ Ἀνδρόνικος καὶ Θεόδωρος μετὰ V. 86
τοῦτον καὶ Κωνσταντῖνος καὶ Δημήτριος καὶ Θωμᾶς. τῷ μέντοι Ἰωάννῃ τῷ πρεσβυτέρῳ, πάντων τῶν ἄλλων κρατίστῳ δοκοῦντι γενέσθαι, τήν τε βασιλείαν ἐπέτρεψε, καὶ ἀπὸ Ἰταλίας ἀγόμενος αὐτῷ γυναῖκα τοῦ Μονφεράτου ἡγεμόνος θυγατέρα, ἐπιεικῆ μὲν τὸν τρόπον ἀηδῆ δὲ τὴν ὄψιν, διαδήματι ταινιώσας ἀρχιερέα τε καὶ βασιλέα ἐστήσατο τοῖς Ἕλλησι. ταύτην μὲν οὖν, ὡς οὔτε συνῴκει οὔτε συνεγένετο, ἐς ἔχθος ἀφι- C
κόμενος καὶ ἀηδῶς ἔχων αὐτῇ ἐπί τινα χρόνον, καὶ ἥ τε γυνὴ τοῦ βασιλέως ἐνεώρα ἐς αὐτὴν τὸν ἄνδρα ἀηδῶς ἔχοντα, καὶ αὐτὴν ἀπεχθάνεσθαι τῷ ἀνδρὶ ἐς τὰ μάλιστα, ἐπιβᾶσα νεὼς ᾤχετο ἀποπλέουσα ἐπὶ Ἰταλίας παρὰ τοὺς προσήκοντας. ἠγάγετο δὲ γυναῖκα τὴν ἀπὸ Σαρματίας, τοῦ Σαρματῶν ἡγεμόνος θυγατέρα. οὗτος μὲν οὖν οὕτω διατεθεὶς ἐβασίλευεν, Ἀνδρονίκῳ μὲν τήν τε Θέρμην ἐπέτρεψεν οἰκεῖν, ἀνδρὶ οὐκ ἀγεννεῖ μετά γε Ἰωάννην τὸν βασιλέα. καὶ ἐπί τινα χρόνον διαγενόμενος ἐς νόσον περιῆλθεν ἐλεφαντίασιν, καὶ τὴν Θέρ-

1. *παρέσχον* P

Tunc quidem cum experirentur regis favorem Graeci, longo tempore admodum feliciter rebus sunt usi. Peloponneso eam induxere formam quam commodissimam fore iudicabant. Emanuel habuit filios, Ioannem seniorem, quem Graecis regem dedit, Andronicum et Theodorum, praeterea Constantinum Demetrium et Thomam. Ioanni seniori, qui reliquis vir melior esse apparebat, regnum commisit. eidem uxorem dedit ex Italia Montferrariae principis filiam, moribus quidem praeditam optimis, caeterum forma illiberali. diademate igitur caput filii cingens, eum regem et pontificem Graecorum esse iussit. uxorem, quam ex Italia petierat, non perinde ob formae turpitudinem amabat. proinde nec cohabitabat nec Veneris foedus cum ea inibat: tantum mulieris obrepserat fastidium. mulier advertens se marito esse invisam admodum, navem conscendit et ad genere propinquos se recepit. ipse interim matrimonio sibi iunxit Sarmatiae (quae et Russia) principis filiam. hic quidem in istum modum affectus regno praefuit. Andronico autem imperio regendam concessit Thermam, qui virtute post Ioannem secundus inter filios regios erat. cum aliquando tempore supervixisset, in elephantiasim incidit. Thermam quoque, ut quae non amplius retineri posset propter res civi-

μην ἀπέδοτο τοῖς Οὐενετοῖς, ὡς τῆς τε πόλεως οὐκέτι ἐπιτηδείως ἐχούσης ἐς φυλακὴν αὐτῆς, καὶ σφίσι τὰ πράγματα
D πονήρως ἤδη ἔχοντα. καὶ ὡς ἐδέδοκτο ἤδη αὐτοῖς ταύτῃ σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τῇ πόλει ἄμεινον ἔσεσθαι, ἀπέδοτο ταύτην τοῖς Οὐενετοῖς οὐ πολλοῦ τινός. Ἀνδρόνικος μέντοι ἐς Πελοπόννησον παρὰ τὸν ἀδελφὸν ἀφικόμενος τήν τε δίαιταν εἶχεν ἐν Μαντινείᾳ τῆς Λακωνικῆς, ἐς ὃ δὴ ἐπικρατοῦντος τοῦ νοσήματος ἤδη τελέως ἐτελεύτησε. τὸν δὲ Θεόδωρον τούτου παῖδα ὄντα βασιλεὺς Ἐμμανουὴλος ἐπεπόμφει παρὰ ἀδελφὸν αὐτοῦ Θεόδωρον τὸν πορφυρογέννητον, ἐφ' ᾧ διάδοχόν τε τὸν παῖδα καταλιπεῖν ἐπὶ τῇ Πελοποννήσῳ. καὶ ὡς ἐδέξατο τοῦτον ἀδελφοῦ τε παῖδα καὶ ἐπιτηδείου, εἶχέ τε
P. 110 παρ' αὐτῷ, καὶ ὡς ἐτελεύτα, κατέλιπε τὴν ἀρχὴν αὐτῷ. οὗτος δὲ ὡς ἐς τὴν ἡγεμονίαν κατέστη, ἔγημέ τε γυναῖκα ἀπὸ Ἰταλίας, θυγατέρα Μαλατέστα τοῦ Μάρκης ἡγεμόνος, τῷ τε κάλλει διαπρέπουσαν καὶ τῇ ἄλλῃ κοσμιότητι. ὕστερον μέντοι, ὡς ἐς μῖσός τε ἀφίκετο τῇ γυναικὶ καὶ ἐς ἔχθος ἀφικόμενος ἐς διαφορὰν κατέστη, ἐς τὴν Ναζηραίων δίαιταν ὥρμητο γενέσθαι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μεταπέμπετο ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ὡς ἐπεί οἱ ἐδόκει ἰέναι ἐς τὸ Ναζηραίων σχῆμα, τήν τε ἀρχὴν ἐπιτρέψων αὐτῷ καὶ τὴν οὐσίαν. οὗτος μέντοι οὐκ εἰς μακρὰν αὖθις μετέβαλλεν, ἀποτρεπομένων τῶν ἀρίστων αὐτοῦ ἀπὸ τούτου καὶ οὐκ ἐπιτρεπόντων ἰέναι αὐτῷ εἰς ὃ ὥρμητο. τῷ μὲν οὖν πρεσβυτέρῳ Θεοδώρῳ τῷ πατρωῷ παῖς
B οὐκ ἐγένετο ἀπὸ τῆς Ῥαινερίου θυγατρός, νόθοι δὲ ἐγένοντο.

tatis admodum accisas, Venetis vendidit. cum igitur iudicaret eam venditionem tum sibi tum urbi expedire, parvo pretio accepto eam Venetis tradidit. Andronicus autem profectus ad fratrem in Peloponnesum, victum in Mantinea Laconiae habuit. morbus cum in dies invalesceret, tandem vita functus est. Theodorum, qui defuncti filius erat, misit ad fratrem Theodorum Porphyrogenitum, ut eum Peloponnesi successorem relinqueret. quem suscepit, et ut fratris et necessarii filium apud se detinuit. quo mortuo, quemadmodum convenerat, successit in Peloponnesi administrationem. hic ubi imperio potitus est, uxorem accepit ex Italia, filiam Malatestae ducis Marchiae, quae formae venustate et reliquis mulierum dotibus admodum praestabat. postea cum odium, dehinc discordiae id matrimonium invasissent, odio, quo uxorem prosequebatur, promotus ad Nazaraeorum schema migrare statuit. cum autem iam animo fixum esset Nazaraeorum suscipere habitum, accersivit fratrem, ut ei regnum tribueret opesque. verum haud multo post voluntatem mutavit, cum eum optimi quique

ἠγάγετο γὰρ οὗτος τὴν τοῦ Ἀθηνῶν τυράννου θυγατέρα, πασῶν δὴ λεγομένην εἶναι καλλίστην τῶν εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον κάλλει διενεγκουσῶν.

Ῥαινέριος δὲ οὗτος Κορίνθου τε ἐτυράννευε καὶ Ἀθηνῶν, τῆς τε Βοιωτίας ἐπῆρξεν ἔστε ἐπὶ Θετταλίαν χωρῆσαι. ἐπῆρξε δὲ τρόπῳ τοιῷδε. ὁπότε ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἐνάγοντος τοῦ Ῥωμαίων ἀρχιερέως ἐστρατεύοντο οἱ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας Κελτοί τε ἅμα καὶ Οὐενετοί, τότε δὴ καὶ οἱ ἀπὸ Νεαπόλεως τοῦ βασιλέως καὶ ἀπὸ Τυρρηνῶν ὥρμηντο ἄνδρες καὶ Ἰαννῖων μέγα δυνάμενοι ἐπὶ τὴν τῆς Πελοποννήσου τε ἅμα καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος καταστροφήν. καὶ τὴν μέντοι Πε- C
λοπόννησον κατεστρέψαντο ἄλλοι τε καὶ ἀπὸ τῆς Ἰαννῖων μοίρας, τοῦ οἴκου Ζαχαρίων, τήν τε Ἀχαΐαν καὶ Ἤλιδος τὰ πλείω καὶ δὴ καὶ Πύλον καὶ Μεσήνης χώραν οὐκ ὀλίγην, ἔστε ἐπὶ Λακωνικὴν ἐλάσαι. τὴν μέντοι μεσόγαιον τῆς Πε- V. 87
λοποννήσου κατεῖχον αὐτοί τε Πελοποννήσιοι Ἕλληνες. ξύμπασαν δὲ τὴν παράλιον τῆς Πελοποννήσου οἱ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας καταστρεψάμενοι εἶχον, Κελτοί τε δὴ καὶ Κελτίβηρες, καὶ τῶν Ἰαννῖων καὶ Τυρρηνῶν ἄλλοι τε καὶ δὴ καὶ Ῥαινέριος ἀπὸ Φλωρεντίας ἀφικόμενος ἐπὶ τῇ γε στρατιᾷ ταύτῃ, τοῦ οἴκου τῶν Ἀζαϊόλων, τήν τε Ἀττικὴν κατέσχε καὶ Βοιωτίαν, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται, καὶ Φωκαΐδος χώρας τὰ

2. δὲ P 9. καὶ om P 22. ὡς om P

ab isto instituto dehortarentur, nec eum ad hanc vitae formam transire sinerent. senior Theodorus non tulerat filios ex Rainerii filia: verum nati sunt ei filii nothi. nam duxit uxorem Athenarum principis filiam, quae omnes sui seculi formosas anteire dicebatur.

Rainerius hic Corinthi et Athenarum princeps extitit; Boeotiae quoque imperavit, et usque in Thessaliam processit. imperium hoc modo nactus est. cum contra Graecos, sic instigante Romano pontifice, expeditionem sumerent Galli et Veneti, tum etiam Neapolitanus rex, necnon Tyrrhenorum et Ianuensium viri potentissimi profecti sunt, ut Peloponnesum et reliquam Graeciam subigerent. et Peloponnesum quidem caeteri in dicionem redegere. at Ianuenses qui erant de familia Zachariarum, ceperunt Achaiam et Elidis partem maximam. occuparunt et Pylum, necnon Messanae regionem haud parvam, ut etiam in Lacouiam irrumperent. mediterraneam regionem Peloponnesi obtinuere Graeci Peloponnesiaci. universam maritimam Peloponnesi oram capientes tenuerunt Celtiberi occidentales, necnon Ianuenses et Tyrrheni. Rainerius cum ab Florentia veniret in expeditionem hanc (erat enim ortus ex familia Azeolorum sive Accioiolorum), Atticam et Boeotiam, ut ante dixi, in dicionem accepit. na-

D πλείω. *Λίγυρες μέντοι τὴν Εὔβοιαν πολλῷ ἔτι παλαιότερον κατέσχον· ἀφ' ὧν ἐπιτραπέντες οἱ Οὐενετοὶ ἐπὶ ῥητῷ τῆς νήσου ἐπέβησαν. μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ βραχὺ προϊόντες ξύμπασάν τε τὴν Εὔβοιαν κατέσχον, ἐς διαφορὰν σφίσι τῶν Λιγύρων ἀφικνουμένων, καὶ τήν τε χώραν καὶ προσόδους αὐτῶν, ὅσοι τοῖς Οὐενετοῖς ἐπιτήδειοι ἐτύγχανον ὄντες, εἰσέτι καὶ νῦν διατελοῦσιν ἔχοντες, καὶ κατὰ ταῦτα ἐμμένοντες ἐφ' οἷς σπενδόμενοι αὐτοῖς ξυνέβησαν κατὰ τὴν νῆσον οἱ Οὐενετοί. ὁ μέντοι Ῥαινέριος καὶ οἱ Κελτίβηρες, καὶ Κελτῶν ὅσοι ἐπὶ τὴν τῆς Ἑλλάδος καταστροφὴν ἐγένοντο, πολλῷ ὕστερον τούτων φαίνονται ἀφικόμενοι ἐπὶ τὸν χῶρον τοῦτον. Ῥαινέ-*

P. 111 *ριος δὲ καὶ πολλῷ ἔτι νέηλυς ὤν, ἐπιγαμίαν τε πρὸς τοὺς ἐν τῇ Εὐβοίᾳ Λιγύρων ποιησάμενος καὶ Προθυμοῦ τινὸς θυγατέρα ἔγημε, καὶ τήν τε χώραν κατασχὼν Κόρινθόν τε ἐχειρώσατο, καὶ τὴν Πελοπόννησον ἐπενόει ὅτι τάχιστα ὑφ' αὐτῷ ποιήσασθαι. ὕστερον μέντοι ἀφικομένου τοῦ Ἑλλήνων βασιλέως ἀδελφοῦ, ἐπιγαμίαν πρὸς τοῦτον ἐπεποίητο, καὶ θυγατέρα ἡρμόσατο τούτῳ τῷ ἡγεμόνι Θεοδώρῳ, κάλλει, ὡς ἔφην, πασῶν τῶν τότε διαφέρουσαν, καὶ τήν τε Κόρινθον ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ τελευτῇ κατέλιπεν· ὑπέσχετο γὰρ ὁπότε αὐτῷ τὴν θυγατέρα ἡρμόσατο ἐς φερνὴν αὐτῷ ταύτην, ἐπειδὰν τελευτήσῃ.*

21. ταύτῃ P

ctus est et Phocensium regionis pleraque. Ligures Euboeam longis temporibus retro ceperant; qui permiserunt Venetis certis condicionibus et pactis in insulam ascendere. posthaec paulatim progressi, Euboeam universam occuparunt, cum intercessissent discordiae inter Venetos et Ligures. regionem istam et reditus, quia placebant, Veneti adhuc habent condicionibus et pactis iisdem, quibus in eam insulam pervenerunt; quae quidem bona fide coluerunt. Rainerius, Celtiberi Gallique, quotquot bello Graecos lacessebant, longo tempore demum post Venetos et Ligures in istam regionem appulisse videntur. Rainerius quoque advena existens, affinitate iuncta cum Liguribus qui Euboeam tenebant, Prothimi cuiusdam filiam uxorem sibi associavit. hinc regionem eam occupans etiam Corinthum subegit. Peloponnesum quoque subiicere animo agitabat. postea cum ad ipsum veniret frater Graecorum regis Theodorus, inter se affinitatem fecerunt: nam uxorem dedit Theodoro duci filiam suam, quae formae elegantia omnes antecedebat, Corinthumque, ubi mortuus eset, ei concessit. promiserat enim Rainerius, ut dotis nomine, ubi primum ipse defunctus fuerit, Corinthum accipiat.

Ἡρμόσατο δὲ καὶ ἑτέραν αὐτοῦ θυγατέρα Καρούλῳ τῷ Ἀκαρνανίας τε καὶ Αἰτωλίας ἡγεμόνι. οὗτος γάρ, ὡς οἱ τῆς B
χώρας ταύτης ἄρχοντες πρότερον προσήκοντές τε ἦσαν τοῦ Παρθενόπης τῆς Νεαπόλεως καλουμένης βασιλέως, καὶ ὡς ὑπό τε τῶν περιοίκων καὶ τῶν ταύτῃ ἐθνῶν ἀπελαύνοντο ἐκ τῆς χώρας ἄρχοντος ἀπαλλαττόμενοι ἐπὶ Ἰταλίας, Κεφαλληνία δὲ καὶ Ζάκυνθος καὶ αἱ Ἐχινάδες νῆσοι, ὅσαι ταύτῃ ᾠκημέναι ἐτύγχανον, ἐς τουτονὶ τὸν βασιλέα τετραμμέναι ἁρμοστήν τε ἐδέχοντο καὶ ἄρχοντα τοῦ βασιλέως Παρθενόπης. ἀφίκοντο μὲν δὴ καὶ ἄλλοι πρόσθεν ἁρμοσταὶ εἰς τὰς νήσους ταύτας, ἐν δὲ δὴ καὶ Κάρουλος οὑτοσίν, ὁ τῆς οἰκίας Τύκων καλούμενος, ἔχων ἑταίρους μεθ' ἑαυτοῦ ἄνδρας ἀγαθούς, τόν τε Ῥῶσον καὶ Γυΐδον καὶ Μυλειαρέσην. καὶ ὡς ἐν τῇ Κεφαλληνίᾳ διατρίβοντες προσέσχον τε τῇ Ἠπείρῳ, ἐπαγομένων C
τῶν Ἠπειρωτῶν, τήν τε χώραν ἐκτήσαντο σφίσιν ὑπήκοον καὶ κατὰ βραχὺ τήν τε Ἀκαρνανίαν. Ἀλβανοὶ δὲ ὁρμημένοι ἀπὸ Ἐπιδάμνου καὶ τὸ πρὸς ἕω βαδίζοντες Θετταλίαν τε ὑπηγάγοντο σφίσι καὶ τῆς μεσογαίου Μακεδονίας τὰ πλέω, Ἀργυροπολίχνήν τε καὶ Καστορίαν. ἀφικόμενοι δὲ ἐπὶ Θετταλίαν τήν τε χώραν σφίσιν ὑποχείριον ποιησάμενοι, καὶ τὰς πόλεις ἐπιδιελόμενοι, κατὰ σφᾶς ἐνέμοντο τὴν χώραν, νομάδες τε ὄντες καὶ οὐδαμῇ ἔτι βέβαιον σφῶν αὐτῶν τὴν οἴκησιν ποιούμενοι. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐς Ἀκαρνανίαν ἀφικόμενοι γνώμῃ τοῦ

6. οἱ ἄρχοντες? 23. ἔπειτα?

Filiam suam alteram despondit Carolo Acarnaniae et Aetoliae principi. duces regionis illius priores pertinebant ad regem Parthenopes, quae nunc Neapolis vocatur. cum a finitimis et vicinis gentibus expellerentur suis sedibus, duce destitutae, Cephallenia Zacynthus et Echinades insulae, ad istum regem conversae, praefectum et principem ab eo acceperunt. venerant iam olim et alii praefecti et principes in insulas istas. ibi tum Carolus ille de familia Tocorum habuit secum viros spectatae virtutis, Rosum, Gidium sive Guidonem, Myleiaresem. et cum Cephalleniae moras traherent, animum in Epirum intenderunt, adiunctisque Epirotis regionem quam habebant subiectam, in dicionem acceperunt; paulatimque etiam Acarnania in dicionem venit. Albani ruentes ab Epidamno et ad Orientem properantes Thessaliam et mediterraneae Macedoniae pleraque, Argyropolichnam et Castoriam dominio suo addiderunt. advenientes deinde in Thessaliam urbes inter se sunt partiti, regionemque, ut qui pastores essent nec ullo in loco fixas sedes haberent, depascebantur. postquam autem in Acarnaniam pervenere, Acarnaniae principe id per-

ἡγεμόνος Ἀκαρνανίας, ἀφιεμένου αὐτοῖς τῆς χώρας, ἐνέμοντό
D τε τήνδε τὴν χώραν. μετὰ δὲ ταῦτα συνίσταντο ἀλλήλοις ὡς
τοῖς Ἕλλησιν ἐπιθησόμενοι, ὅπως ἂν αὐτοῖς προχωροίη. καὶ
δή ποτε τοῦ ἡγεμόνος (Ἰσαάκιος δ' ἦν τοὔνομα) ἐπὶ ἄγραν
φοιτῶντος ἀφικνουμένου, ἐπέθεντό τε αὐτῷ οἱ Ἀλβανοί, 5
ἡγουμένου αὐτοῖς Σπάτα, ἀνδρὸς ὁρμήν τε καὶ τόλμαν ἐπι-
δεικνυμένου σφίσιν ἐν τῷ τότε παρόντι ξύμφορον ἐς τὰ
V. 88 παρόντα αὐτοῖς καὶ οὐκ ἀδόκιμον. καὶ τὸν μὲν ἡγεμόνα
αὐτοῦ ταύτῃ ἀνεῖλον, τὴν δὲ χώραν αὐτίκα ἐπελαύνοντες κα-
τέσχον τε καὶ ἐζώγρησαν τοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς, συλλαμβάνον- 10
τες ᾧ ἂν περιτύχοιεν. μετὰ δὲ ταῦτα πολιορκοῦντές τε Ἄρ-
την τῆς Ἀκαρνανίας πόλιν παρεστήσαντο, καὶ τὴν χώραν ταύ-
P. 112 την ὑφ' αὑτοῖς ποιησάμενοι τὴν τῶν ἑσπερίων χώραν ἐδήουν,
οὐδὲν ἔτι ἐς ἡσυχίαν ἐνδιδόντες. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ τῆς Νεα-
πόλεως ἄρχοντες, ἀπὸ Κερκύρας τῆς νήσου ὁρμώμενοι (εἶχον 15
δὲ τότε τὴν νῆσον οἱ Παρθενόπης βασιλεῖς) καὶ παρεσκευα-
σάμενοι στρατόν, ἴεντο ἐπὶ τὴν Ἀκαρνανίαν ὡς τούς τε Ἀλ-
βανοὺς τὴν χώραν ἀφαιρησόμενοι καὶ Ἄρτην τῆς Ἀκαρνα-
νίας καταστρεψόμενοι λαβόντες. ἀφικόμενοι δὲ ἐς Ἄρτην
τήν τε πόλιν ἐπολιόρκουν καὶ μηχανὰς προσέφερον τῷ τείχει 20
ὡς αἱρήσοντες. Σπάτας δὲ ὁ τῶν Ἀλβανῶν ἡγεμὼν (οὐ γὰρ
εἰσῄει ἐς τὴν πόλιν, ἀλλ' ἐκτὸς περιῄει τὴν χώραν) τοὺς

1. *ἀφιέμενον* R. genitivum reposuit H 9. *ὑπελαύνοντες* P

mittente, etiam eam regionem pecoribus depascendam obiecere. postea convenit inter ipsos ut insidias tenderent Graecis, utcunque tamen res cecidisset. et sane duci Isaaco, qui venatum profectus erat, Albani venientes insidias struunt duce Spata, qui cum foret vir impiger et ad omnia audax, plurimum suis eo tempore audacia et fortitudine profuit. ducem Isaacium eo loci confecerunt. hinc continuo incursionem in regionem eius facientes eam subegere, virosque quoscunque in agris deprehenderunt, cepere vivos. postea obsidentes Arten (quae olim Ambracia) Acarnaniae urbem, haud cessarunt priusquam eam occupassent. hanc regionem subigentes haud abstinebant ab occidentalium regione, quam miris modis evastabant, nunquam quieti se tradentes. his moti principes Neapolitani, ab Corcyra insula pergentes (insulam enim istam ea tempestate Parthenopes reges tenebant) et copias contrahentes proficiscebantur contra Acarnaniam, ut Albanos ex sua regione deturbarent et Arten Acarnaniae urbem captam recuperarent. qui advenientes Arten obsederunt, bellicasque machinas muro admoverunt, ut urbem vi caperent. Spatas Albanorum dux haud intra moenia se continebat, sed extra urbem obambulans consulebat Albanis, quos in unum collegerat, ut se prom-

τε Ἀλβανοὺς συλλέξας ἐς ταὐτὸ καὶ βουλευσάμενος, ὡς αὐτῷ εἵποντο ἑτοίμως εἰς τὸν κίνδυνον, ἄφνω ἐπεισπίπτουσι τῷ Ἰταλῶν στρατεύματι ὃ ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, καὶ τρεψάμενοι ἐς φυγὴν πολλοὺς μὲν διέφθειραν, τοὺς δὲ πλείους ἐζώγρησαν. συνεπελάβετο δὲ αὐτοῖς ἐς τόνδε τὸν πόλεμον καὶ Πριάλουπας ὃ τῆς Αἰτωλίας ἡγεμών, ἀνὴρ Τριβαλλός, ὃς ἐπιγαμίαν πρὸς τὸν Σπάταν τῆς Ἄρτης ἡγεμόνα ἐπεποίητο. οὕτω μὲν οὖν κατέσχον οἱ Σπαταῖοι τὴν χώραν τῆς Ἀκαρνανίας· μετὰ δὲ ταῦτα ὡρμημένου τοῦ Καρούλου ἀπὸ τῶν νήσων σὺν τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ καί τινων τῶν τῆς χώρας ἅτε δὴ ἀχθομένων τῇ Ἀλβανῶν τυραννίδι, τήν τε χώραν κατεστρέψαντο τῆς Ἀκαρνανίας, πρὸς δὲ καὶ τὴν Αἰτωλίαν, ἀφελόμενοι Ἰζάουλον τὸν τότε ἡγεμονεύοντα Δρομαίνων τε τῆς πόλεως καὶ χώρας τε τῆς Αἰτωλίας ἤδη.

Ἡ δὲ ἀρχὴ τῆς Αἰτωλίας οὖσα τὸ πρότερον Θωμᾶ τοῦ Πριαλούπων Τριβαλλοῦ, περιῆλθεν ἐς τοῦτον δὴ τὸν Ἰζάουλον τρόπῳ τοιῷδε. ὡς συνεπελάβετο ὁ Πριάλουπας τῷ τε Σπάτᾳ καὶ τοῖς Ἀλβανοῖς ἐς τὸν πρὸς Ἰταλοὺς πόλεμον, πολιορκοῦντας Ἄρτην μητρόπολιν τῆς Ἀκαρνανίας χώρας, ἑάλωσαν δὴ ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ ἄλλοι τε πολλοὶ τῶν παρὰ σφίσιν εὐδοκιμούντων τῷ γένει καὶ δὴ καὶ Ἰζάουλος, εἷς τῶν ἀρίστων λεγόμενος γενέσθαι τοῦ Παρθενόπης βασιλέως νεανίας, τὸ μὲν εἶδος οὐκ ἀηδής, ἐπιεικὴς δὲ τὸν τρόπον καὶ

pte sequerentur ad praesens periculum. quo impigre facto opprimunt subito Italorum exercitum oppugnationi intentum, quos in fugam compellunt, plurimis partim necatis partim captis. socius et auxiliaris aderat in eo praelio Prialupas Aetoliae princeps, Triballus, affinis Spatae duci Artae. in hunc modum Spataei Acarnaniam occuparunt. postea Carolus cum proficisceretur ab insulis cum suis sociis, necnon aliis quibusdam qui in societatem belli venerant offensi Albanorum tyrannide, regionem Acarnaniae subegerunt. praeterea eripuerunt Aetoliam Izaulo regenti Dromaenorum urbem et Aetoliam.

Imperium Aetoliae antea penes Thomam Prialupae Triballi filium fuit, et hoc pacto in Izaulum pervenit. cum adiuvaret Prialupas Spatan et Albanos in bello quod gestum est cum Italis, Arten metropolim Acarnaniae obsidentibus, evenit ut in eo praelio captivi complures, qui generis claritate excellebant admodum, in manus venirent. inter captivos hos extitit et Izaulus e grege optimatum; qui adolescens regis Parthenopes (quae et Neapolis) nuncupabatur. forma

ἡσύχιος. τοῦτον σὺν πολλοῖς ἄλλοις ἀγόμενος ὁ Πριάλουπας
D εἰς τὰ οἰκεῖα ὡς ἀνδράποδά τε περιεῖπε καὶ εἶχεν ἐν φυλακῇ. ἐς τὰ βασίλεια διατρίβων κατεῖχεν ὡς χρημάτων ἐς τοὺς προσήκοντας ἐσαῦθις ἀποδιδόμενος, ἦν αἰτοῖντο αὐτούς. ἡ δὲ γυνὴ τούτου ὡς ἑώρα τὸν νεανίαν, ἠράσθη τε αὐτοῦ· ἦν γὰρ καὶ ἐς ἄλλους πρότερον φοιτῶσα [εἰς] ἄνδρας καὶ ἀκόλαστος. συγγινομένη τοίνυν τῷ νεανίᾳ, καὶ ἐπιμαινομένη αὐτῷ ἐς τὸν ἔρωτα, συντίθεται αὐτῷ ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ ἐπιβουλήν. καὶ ἐξηγουμένης τῆς γυναικὸς ἐς τὴν κοίτην, ὡς ἀνεπαύετο Πριάλουπας ὁ ἡγεμών, ἀνεῖλέ τε αὐτὸν ἅμα σὺν τῇ γυναικί. καὶ ἅμα συγκατίσχει τὴν ἡγεμονίαν αὐτῷ. ἐπειδὴ ἐτυράννευεν, οὐδενὶ τῶν ἐν τῇ πόλει
P. 113 ἀλλ' ἐν τῇ γυναικὶ ἀρεσκόμενος. ἡ μέντοι δίκη τὸν Πριαλούπην οὐκ εἰς μακρὰν κατέλαβε τὸν παῖδα αὐτοῦ ἀπὸ ταύτης δὴ τῆς γυναικὸς γενόμενον αὐτῷ· τοῦτον γάρ τοι, ὡς ἐφοίτα παρὰ βασιλέα Μωσέα αἰτούμενος συμμαχίαν τε καὶ ἐπικουρίαν ἐπὶ Κάρουλον τὸν τότε δὴ Ἀκαρνανίας τύραννον, συλλαβὼν ὥστε τὴν χώραν αὐτοῦ κατασχεῖν, ἐξέκοψε τὼ ὀφθαλμώ. τὴν μέντοι χώραν οὐδεὶς κατεστρέψατο τῆς Ἰωαννίνων πόλεως. ἐπαγομένη τοῦτον δὴ τὸν Κάρουλον ἐπὶ σφίσιν ἄρ-
V. 89 χοντα, καὶ ἐπιτετραμμένου αὐτῷ διέπειν τὰ τῆς πόλεως πράγματα, καὶ ἀντεχομένου ἐς τὸν πόλεμον κράτιστα. ἡ μέντοι

11. ἔπειτα? 12. ἐν] ἦ? τοῦ Πριαλούπη? 15. Μωσεῖ P

erat liberali, et quantum ad mores attinet, aequus et placidus. hunc cum plurimis aliis captivum trahens Prialupas domum ut mancipium tractavit; eosque in custodia asservavit, moratus in regia, volens eos propinquis restituere accepta pecunia, si venirent suos redemptum. uxor Prialupae adolescentem visum amare coepit. erat enim istius mulieris ingenium ut, priusquam peteretur, peteret viros, prae intemperantia cui obnoxia erat. cum igitur stupri consuetudinem cum adolescente habuisset, amore ardens et furens cum adolescente insidias marito subornat. mulier adolescentem ducit in cubiculum, in quo quiescere solitus erat Prialupas dux; ibique adiuvante adolescentem muliere Prialupas occisus est, et ipse ad imperii gubernacula ascendit. cum autem sibi tyrannidem ad eum modum parasset, nemini nisi mulieri soli placebat. at ultio haud multo post secuta est. Prialupas enim, qui filius eius erat, patris nomen gerens, natus ex ista uxore, cum properaret ad regem Mosem petens auxilium et praesidium contra Carolum Acarnaniae principem, ut eam regionem in potestatem redigeret, captus est, oculique eius eruti sunt. regionem urbis Ioanniorum nemo subegit. petiit enim Carolum sibi ducem; cui ubi primum urbis administratio est commissa, bellum fortiter ad-

ἀρχὴ αὕτη Τριβαλλῶν οὖσα τὸ παλαιὸν οὕτω ἔστε Ἰζάουλον καὶ ἐπὶ Κάρουλον τὸν ἡγεμόνα περιῆλθεν. οὕτω δὲ ἄμφω τὼ χεῖρε κατασχὼν οὗτος, καὶ τὴν πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ χώραν τό τε Αἰετὸν καλούμενον καὶ Ἀγγελοπολίχνην ἔστε ἐπὶ Ναύπακτον τὴν καταντικρὺ Ἀχαΐας, ἐπεκράτει τῆς χώρας καὶ ἐτυράννευεν ἐπὶ μέγα χωρήσας δυνάμεως, ἀνὴρ τά τε ἐς ἀρχὴν καὶ ἐς τὸν πόλεμον δοκῶν γενέσθαι οὐδενὸς τῶν τότε ἡγουμένων λειπόμενος. καὶ ἐν πολέμοις πρὸς τοὺς περιοίκους μέγα εὐδοκιμῶν ἠγάγετο, ὡς πρότερόν μοι ἐλέγετο, τοῦ Ἀθηνῶν τε καὶ Κορίνθου ἡγεμόνος θυγατέρα ἐς γάμον. B

Τούτῳ τῷ ἡγεμόνι παῖς ἐγένετο νόθος· ἀπὸ γὰρ τῆς Εὐβοΐδος αὐτῷ γυναικὸς ἄρρενος οὐκ ἔτυχε γόνου. νόθῳ δὲ τῷ παιδὶ ἦν ὄνομα Ἀντώνιος. τούτῳ τῷ Ἀντωνίῳ τήν τε Βοιωτίαν κατέλιπε καὶ τὴν Θηβῶν πόλιν· τὴν γὰρ Κόρινθον κατέλιπε τῷ κηδεστῇ αὐτοῦ Θεοδώρῳ τῷ βασιλέως ἀδελφῷ. τὴν δὲ Ἀθηνῶν πόλιν, ἀφελόμενος ταύτην τὸ πρόσθεν τοὺς Κελτίβηρας ἀπὸ Ναβάρης (εἶχον γὰρ δὴ καὶ ταύτην οἱ Ἴβηρες καταστρεψάμενοι) κατέλιπε τοῖς Οὐενετοῖς. ὁ μέντοι παῖς αὐτοῦ Ἀντώνιος οὗτος, ὃς παρὰ τοῦ πατρὸς παρεδέξατο τὴν τῆς Βοιωτίας ἀρχὴν (τὴν γὰρ δὴ Φωκαΐδα χώραν ἄλλην καὶ Λεβαδίαν ὑπηγάγετο Παιαζήτης ὁ Ἀμουράτεω, προσθέμενος τῇ C

3. Ἀρχελώῳ P 5. τὸν P 14. τήνδε P 20. ὡς P

modum sustinuit. regnum hoc, cum prius Triballorum foret, ad Izaulum et Carolum ducem in hunc modum descendit. cum utraque teneret finitimam Acheloi regionem, quae ea tempestate Aetus vocabatur, et Argyropolichnam usque Naupactum, quae est e regione Achaiae, suo imperio admovit. qui principatum administravit cum usque res suae incrementa sumerent, pace belloque nulli ducum cederet: tandem, cum bellis, quae adversus finitimos gessit, plurimum gloriae sibi peperisset, duxit, ut supra docuimus, Rainerii Athenarum et Corinthi principis filiam.

Huic duci natus est filius nothus: nam ex Euboide uxore stirps virilis haud nata est. nomen filii nothi erat Antonius. huic testamento reliquit Boeotiam et Thebas urbem: nam Corinthus cesserat genero Theodoro, regis fratri. urbem Athenas, quae prius Celtiberorum erat (nam et hanc tenuere Iberi), sibi subiectam tandem Venetis reliquit. filius Antonius a patre accepit Boeotiae regnum: nam reliqua Phocensium regio et Lebadia venerant in potestatem Paiazitis, quas suo dominio adiunxit, ut supra memoravimus. Antonius contra Venetos bellum movit, et Athenas summa diligentia exerciti-

ἑαυτοῦ ἀρχῇ, ὡς πρότερόν μοι δεδήλωται), οὗτος δὲ οὖν ἐπὶ τοὺς Οὐενετοὺς ἐξήνεγκε πόλεμον, καὶ τὰς Ἀθήνας ἐπολιόρκει προσέχων ἐντεταμένως. οἱ μέντοι Οὐενετοὶ δεινὸν ποιησάμενοι πολιορκεῖσθαι τὴν πόλιν αὐτῶν, καὶ ἀμύνειν βουλόμενοι, καὶ
D ἐπὶ τὴν Θηβῶν διανοούμενοι πόλιν ἰέναι, στρατόν τε τὸν ἀπὸ τῆς Εὐβοίας ὅσον ἠδύναντο συλλέξαντες καὶ ὁπλισμόν, ἀπὸ τῆς Εὐβοίας ἐχώρουν ἐπὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν. Ἀντώνιος δὲ πυθόμενος τοὺς Οὐενετοὺς στρατευομένους ἐπ' αὐτόν, λόχους ποιησάμενος διττοὺς κατὰ τὴν ὁδὸν ᾗ ἐπύθετο μέλλοντας διαπορεύεσθαι τούς τε Εὐβοέας ἅμα καὶ Οὐενετούς, τὸν μὲν ἐνεδρεύσας ἐς τὸ πρόσω τῆς ὁδοῦ τὸν δὲ ἐς τὸ ὄπισθεν, ἐπέμενεν ἐμβαλεῖν ἐς τὸ μέσον τοὺς πολεμίους. ἐνταῦθα οὖν ὡς οἱ Οὐενετοὶ ἐπορεύοντο ἐπὶ τὴν Θηβῶν πόλιν (διέχει δ' ἡ πόλις αὕτη ἀπὸ Εὐβοίας σταδίους ὡσεὶ ρν') καὶ ἦσαν ἐξωπλισμένοι τε ἅμα καὶ πολλοὶ ὄντες ἐπὶ τὰς
P. 114 Θήβας (ἦσαν δὲ ἀμφὶ τοὺς ἑξακισχιλίους), ἐπιπεσὼν τούτοις ἄφνω ὁ Ἀντώνιος, ἔχων κατὰ τοὺς λόχους οὐ πλείους τῶν τριακοσίων, καὶ ἀπ' ἀμφοῖν ἅμα ἐπιφανεὶς τοῖς Οὐενετοῖς ἐς φυγήν τε ἐτρέψατο, καὶ πολλούς τε αὐτῶν διέφθειρε, τοὺς δὲ ἐζώγρησε, καὶ τοὺς τότε ἡγεμόνας τῆς χώρας αὐτῶν ἐζώγρησε. καὶ ἀπιὼν αὖθις ἐς τοὐπίσω ἐπολιόρκει τὴν Ἀθηνῶν πόλιν, ἐς ὃ δὴ προδοσίαν συνθεμένων αὐτῷ τῶν Ἀθηναίων

bus circumsedit. Veneti aegre ferebant urbem suam obsidione premi. parant igitur eam obsidione solvere. et cum statuissent hostili animo proficisci contra Thebas, exercitum ex Euboea quantum potuere compararunt, necnon reliqua quae ad instruendum exercitum attinent collegerunt. et ab Euboea recta movent in Boeotiam et contra urbem. Antonius ut accepit Venetos contra se cum exercitu pergere, suos in duas turmas partitur, quas locat in via per quam Venetos et Euboeenses iter facturos compertum habebat. unam posuit in fronte, alteram ut a tergo esset iter ingressis. deinde expectavit donec hostes ex improviso in medium venirent. Veneti progrediebantur ad urbem Thebas, quae aberat ab Euboea stadiis centum quinquaginta. numerus autem eorum qui arma Thebis inferre parabant, complectebatur sex milia militum. Antonius, cum in insidias hostes praecipitati essent, in hos undique coortus, habens in singulis turmis non ultra ter centenos, simul utrisque apparens hostes fugam arripere coegit, plurimis caesis et captis. etiam principes qui eorum regionem gubernabant, cepit vivos. hinc cedens reversus est, unde digressus erat, ad obsidionem Athenarum. ad hanc urbem copias habuit, donec quidam Athenienses pacto intercedente per proditionem urbem hosti traderent. deinde paucis diebus post et arcem, quam

τήν τε πόλιν κατέσχε, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον πολιορκῶν τὴν ἀκρόπολιν παρεστήσατο, καὶ ἐτυράννευε τῆς τε Ἀττικῆς ἅμα καὶ Βοιωτίας. καὶ ἀφικόμενος ἐς τὰς Παιαζήτεω μὲν πρῶτα θύρας, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἔτι περιόντος, μετὰ δὲ ταῦτα ἐς τὰς Μωσέως τε καὶ Μουσουλμάνεω καὶ δὴ καὶ Μεχμέτεω θύρας, ἐθεράπευέ τε χρήμασι τὰς βασιλέως θύρας, καὶ κατὰ τὴν χώραν ἄρχων ἀδεῶς τοῦ λοιποῦ διῃτᾶτο. λέγεται μὲν δὴ καὶ οὗτος καὶ δοκεῖ γενέσθαι ἀνὴρ τά τε ἄλλα εὐδοκιμῶν, καὶ ἐπεί τε παρέλαβε τὴν Ἀθηνῶν πόλιν, ἐπί τε τὰς βασιλέως θύρας οὐδέν τι πολλῷ ἀφικόμενος, ἐπιτηδείους τε αὐτῷ σχεῖν καὶ συνήθεις τοὺς ἀμφὶ τὸν βασιλέα. ἐτυράννευε δὲ γήμας γυναῖκα ἀνδρὸς ἰδιώτου ἀπὸ Θηβῶν. ὡς γὰρ ἀνῆγον οἱ Θηβαῖοι χορεύς ἐπὶ γάμῳ τινί, καὶ ἦν ἱερέως θυγάτηρ ὑπ' ἀνδρὶ γεγενημένη, οὐκ ἀηδὴς μέντοι, τὸν δὲ τρόπον ἐπιεικής τε ἅμα καὶ σώφρων, ἠράσθη τε αὐτῆς ἐν τῷ χορῷ ἅμα, καὶ ἐρασθεὶς ἀπάγεται ταύτην. ἐπιμανεὶς δὲ τῷ ἔρωτι οὐ πολλῷ ὕστερον ἔγημέ τε αὐτήν, καὶ εὐδαιμόνως βιοτεύων ἐτύγχανεν, ἐξοικονομῶν τε τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τὸ ὡς κάλλιστα ἔχειν δοκοῦν ἅμα τοῖς τε ἐν τῇ χώρᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις. οὗτος μὲν οὖν καὶ πρὸς τὸν ἐν τῇ Αἰγίνῃ ἄρχοντα Γαλεώτου παῖδα, τοῦ ἐπὶ ῥώμῃ σώματος ἐπισήμου ὄντος, ἐπιγαμίαν ποιησάμενος ἐπὶ θετῇ αὐτοῦ θυγατρί, καὶ ἀπὸ Εὐβοίας νεανίαν τῆς Γεωργίου οἰκίας κηδεστὴν ἐπὶ ἑτέρᾳ αὐτοῦ θετῇ

B

C

V. 90

obsidione urgebat, occupavit, princepsque Atticae et Boeotiae declaratus est. cum autem venisset iam ante in ianuas Paiazitis, superstite adhuc patre, deinde quoque accessit ianuas Mosis Mulsumanis et Mechmetis; ianuae milites muneribus sibi conciliavit, et in regione sua admodum suaviter et tranquille in reliquum regnavit. dicunt hunc virum caetera illustrem extitisse. deinde cum in dicionem redegisset Athenas, ferunt eum tum demum abiisse ad ianuas regis, quas sibi familiaritate et artissima necessitudine devinxit. tyrannidem autem exercuit, ducta privati cuiusdam Thebani uxore. cum enim nuptiale sacrum peragentes in nuptiis cuiusdam Thebani choreas ducerent, aderat et sacerdotis cuiusdam filia, maritum habens, forma quidem luculenta moribusque venustis et modestis praedita. hanc in ipsa chorea adamavit. amore autem amens, haud multo tempore post eam sibi matrimonio iunxit. feliciterque vitam egit, cum principatum ad eum modum instituisset, quo sibi suisque et aliis maxime opportune habere videbatur. Aleoti filium, Aeginae principem, qui corporis fortitudine praestabat, generum ascivit, data ei quam adoptaverat, in uxorem, filia. habuit et aliam filiam adoptivam, qua

D ποιησάμενος, πρός τε τοὺς Οὐενετοὺς σπονδάς τε ποιησάμενος ἡσυχίαν ἦγε. καὶ Γαλεώτου τὸν παῖδα, Αἰγίνης δὲ ἄρχοντα, ἐπιτήδειον ἔχων, παρ' αὐτὸν φοιτῶντα ἐθεράπευε, καὶ σωφρονῶν ἐπὶ πολὺ δὴ τοῦ χρόνου διεγένετο εὐδαιμονῶν, ἀπό τε τῆς κατὰ τὴν ἀρχὴν οἰκονομίας πλοῦτον ἑαυτῷ περιποιούμενος καὶ τὴν πόλιν ὡς οἷόν τε μάλιστα κοσμῶν.

Τούτων μὲν οὖν πέρι ἐς τοσοῦτον ἐπιμνησάμενος, ἐπάνειμι δὴ ἐπὶ Θεόδωρον τὸν βασιλέως παῖδα, ἡγεμόνα Σπάρτης τε καὶ ἄλλης Πελοποννήσου, ὃς ὑπὸ Θεοδώρου τοῦ πα-
P. 115 τρῳοῦ ἐξετρέφετο ἅμα καὶ ἐπαιδεύθη, μετὰ δὲ ταῦτα κατελείφθη ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ ἡγεμών. ἐς τοῦτον δὲ ἀφικόμενος ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ ὁ Βυζαντίου βασιλεὺς τόν τε παῖδα καθίστη ἐς τὴν ἀρχὴν βεβαιότερον, καὶ ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ ἤδη τετελευτηκότι λόγον ἐπικήδειον ἐξετραγῴδει διεξιὼν ἐπὶ τῷ τάφῳ αὐτοῦ, ἀπολοφυρόμενός τε ἅμα τὸν ἐπιτήδειον ἀδελφόν. καὶ μετὰ ταῦτα μεταπεμπόμενος τοὺς Πελοποννησίους ἐς Ἰσθμὸν τόν τε Ἰσθμὸν ἐτείχισε, καὶ φυλακὴν καταστησάμενος αὐτοῦ ἀπῄει ἀποπλέων ἐπὶ Βυζαντίου, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τοὺς Πελοποννησίων ἄρχοντας ἐν φυλακῇ.

Ταῦτα μὲν οὖν κατὰ τοὺς τῶν Ἑλλήνων βασιλεῖς συννη-

5. ὡς P 10. ἐπιτήδειον P

sibi generum paravit iuvenem quendam ab Euboea oriundum, claro loco natum. postremo cum bellum inter ipsum et Venetos pace diremptum foret, pacatam amplexus est vitam. Aleoti filium, Aeginae ducem, virum maxime sibi commodum, quando ad se venisset, magnifice venerabatur. vitam vero suam cum temperanter instituisset, ad multam senectam pervenit, feliciter vivens. et quia imperium pulchre et decenter ordinarat, multas comportavit inde divitias. urbem quoque, quam potuit maxime, aedificiis et reliquo apparatu exornavit.

Horum cum hucusque mentionem fecerim, tempus est ut redeam ad Theodorum regis filium, Spartae et reliquae Peloponnesi principem, qui educatus et disciplinis institutus a Theodoro patruo, postea ab eodem mortuo principatum accepit. ad hunc cum venisset pater eius Emanuel Byzantii rex, principatum firmiorem et stabiliorem Theodoro fecit. sermonem quoque funebrem habuit, et maximo maerore affectus volutabatur super fratris sepulcro. postea advocans Peloponnesios in Isthmum, muro eum includere aggressus est. cui cum imposuisset praesidium, Byzantium repetiit, habens secum in vinculis Peloponnesiorum duces.

Haec quidem sunt quae ea tempestate regibus Graecorum eve-

νέχθη ἐς ἐκεῖνον τὸν χρόνον· ἐπὶ δὲ Μεχμέτεω ἄμεινον
σφίσιν ἔχοντες ἔστε τὴν ἀρχὴν καὶ ἐς τὴν ἄλλην αὐτῶν βιο- B
τήν, ἐπεὶ ἠσφαλίζοντο τὴν πρὸς βασιλέα Μεχμέτην εἰρήνην
τε καὶ σπονδὰς ἐμπεδοῦντες, ὡς οἷόν τε μάλιστα αὐτοῖς. δι'
ἃ δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς Μεχμέτης ἐνήργει ὡς περὶ πλείστου
ποιοῖντο τὴν ἑαυτοῦ εἰρήνην, καὶ πᾶν ὁτιοὺν μᾶλλον πεισο-
μένους ὥστε τὴν ξενίην σφίσι μὴ διαλύεσθαι, ἐχαρίζετό τε
αὐτοῖς ὅ τι ᾤετο ἐν χάριτι ποιεῖσθαι αὐτοῖς, τά τε ἄλλα καὶ
ἐπὶ τῷ παιδὶ αὐτοῦ Ἀμουράτῃ. ἦστην γὰρ αὐτῷ δύω παῖ-
δε, Ἀμουράτης μὲν ὁ πρεσβύτερος, Μουσταφᾶς δὲ ὁ νεώτε-
ρος καὶ ἔτι παῖς ὤν. τούτοιν τὸν μὲν Ἀμουράτην ἐς τὴν
Εὐρώπην διενοεῖτο καταλιπεῖν, τὸν δὲ ἕτερον ἐς τὴν Ἀσίαν
βασιλέα. καὶ ἐπιδιελόμενος τούτοις τὴν ἀρχὴν ἐγκατέλιπεν, C
ὥστε παῖδας ἐμμένειν οἷς ἐπέτρεψε, τῷ Βυζαντίου βασιλεῖ
κατὰ ταῦτα συλλαμβάνειν, ἤν τις ἀδικῇ, μὴ ἐπιτρέπειν, ἀλλὰ
τῷ ἀδικουμένῳ τιμωρεῖν κατὰ δύναμιν. ἐς τὴν μέντοι Δα-
κίαν στρατεύματα ἐπιπέμψας τήν τε χώραν ἐληίζετο καὶ
Παιονοδακίαν, Βρενέζεω τοῦ Χότζα Θερίζεω θεράποντος ἡγου-
μένου τε καὶ ἔργα μεγάλα ἀποδεικνυμένου, πρὸς δὲ καὶ Μι-
χαήλεω τοῦ τῆς Εὐρώπης αὐτῷ στρατηγοῦ στρατιάν τε ἄγον-
τος ἐπὶ τοὺς Παίονας καὶ Παιονοδακίαν καὶ δὴ καὶ Ἰλλυ-
ριούς. Βρενέζῃ μέντοι ἔργα ἀποδεδειγμένα ἄξια λόγου κατὰ
τὴν Εὐρώπην, ἄλλα τε καὶ ἐπὶ Ἰλλυριοὺς καὶ Παίονας καὶ V. 91

5. ἐνεργεῖ P

nerunt. imperante Mechmete, bene se res Graecorum habebant, tum quantum ad regnum tum quantum ad reliquum vivendi pertinet modum. postquam in foedus et pacem coierant cum Mechmete, nihil antiquius Mechmetes ducebat quam summa ope niti ut Graeci quamplurimi istam pacem facerent. proinde quidvis potius malebat quam ut peregrini cum his in colloquium congrederentur. nec cessabat in eos dona conferre, quaecunque iis grata fore arbitrabatur. reliqua etiam faciebat propter filium suum Amuratem. erant enim ei duo filii, Amurates, qui natu erat maximus, et Mustaphas annis iunior et adhuc puerilem agens aetatem. Europae imperium illi, huic Asiae testamento relinquere parabat. cumque ita filiis quae ad regnum attinere visa sunt disposuisset, iussit ut extremam suam voluntatem servarent; Byzantioque regi subsidio venirent, quandocunque ab hostibus vim pateretur, et fortiter virum defenderent ab his qui ei iniuriam facerent. cum copias misisset in Daciam, eam diripiebat. nec a Pannodacia manus abstinuit, Chotza Therozis ministro exercitum ductante contra Pannones et Pannodaciam Illyriosque. Brenezis, qui arma inferebat Illyricis et Pannonibus et Peloponneso, extant in Eu-

ἐπὶ Πελοπόννησον στρατευσαμένῳ, πλεῖστα δὲ τοῦ γένους τού-
D του ἐπὶ στρατηγίας καθισταμένου, σὺν τοῖς Εὐρώπης ἱππο-
δρόμοις, ὥστε αὐτῷ αὐτίκα ἑπομένους, ὅποι ἂν ἐξηγοῖτο, ἀπο-
φέρεσθαι κέρδη ὡς μέγιστα, καὶ ἐπὶ τῶν Ἑνετῶν χώραν ἀφι-
κόμενον καὶ ἀνδραποδισάμενον τὴν χώραν, ἀνδράποδα ἀπα-
γαγόμενον πλουτίσαι τοὺς ἑφεπομένους Τούρκων καὶ μέγα
ὀλβίους ἀποδεικνύναι ὡς ἐν βραχεῖ. ἔστι δὲ καὶ οἰκοδομή-
ματα ἀνὰ τὴν Εὐρώπην ἁπανταχῇ οὐκ ὀλίγα Βρενέζῃ πε-
ποιημένα, ὥστε ὡς μνημόσυνα ἐς τοὺς ἐπιγιγνομένους κατα-
λιπεῖν. ὕστερον μέντοι ἐπὶ Μωσέως τοῦ Παιαζήτεω συνέβη
τε αὐτὸν μεταστησάμενον ἐπὶ Μεχμέτῃ τὸν ἀδελφὸν τοῖς γε
παισὶν αὐτοῦ ὑφέσθαι τῆς στρατηγίας, καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἡγου-
μένους τοὺς Βρενέζεω παῖδας, Ἰησοῦν καὶ Βαράγκον καὶ δὴ
P. 116 καὶ Ἁλίῃ, ἐπὶ μέγα δόξης ἀφίκοντο ἀνὰ τὴν Εὐρώπην. ᾤκει
δὲ Βρενέζης τὰ Ἰανιτζὰ πόλιν, ἣν δὴ αὐτὸς οἰκῆσαι παρὰ
βασιλέως ἐδωρήθη, ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς παισὶν ἀνήκειν τὴν
πόλιν, αἰεὶ ὁτουοῦν ἂν δέοιτο ὑπηρετοῦντας τῷ βασιλεῖ. τὰ
δὲ Ἰανιτζὰ πόλις ἐστὶ παρὰ τῷ Ἀξιῷ ποταμῷ, καὶ κῶμαι
παρ' αὐτὴν τὴν πόλιν Βρενέζεω οὐκ ὀλίγαι. ἐπὶ μέντοι Μεχ-
μέτεω μετὰ δὲ Βρενέζῃ Τουραχάνης παρὰ Τούρκοις εὐδοκι-
Β μῶν ἐπὶ στρατηγίας τε ἐξῄει, ἐπισπομένων αὐτῷ τῶν ἱππο-
δρομίων, καὶ τύχῃ χρώμενος ἀγαθῇ τὴν πολεμίων ἐλῄζετο

7. οἰκοδομημένα P

ropa designata opera plurima memoratu digna; plurima quoque egregia facta Turcorum, cum Europae equitibus adiuncti stipendia facerent, maxime celebrantur. cum enim expediti sequerentur quocunque dux duxisset, commoda plurima reportabant. et cum eodem duce incursionem fecissent in Venetorum regionem Turci, magna praeda hominum aliarumque rerum abacta admodum opulenti facti sunt. itaque haud modica aedificia a Breneze in Europa sunt excitata, ut posteris monumentum forent. postea autem cum relicto Mose ad fratrem eius transiisset, imperatoriam dignitatem filiis concessit. hinc cum Brenezis filii Iesus Barancus et Halies provincia ducendi in hostes fungerentur, brevi ad maximam claritatem pervenere. Brenezes inhabitavit Ianitzam urbem, quam a rege, ut ibi domicilium haberet, dono acceperat. filiis autem praeceptum erat ut, quandocunque necessitas postularet, haud cunctarentur ministrare et inservire regi. Ianitza urbs sita est prope flumen Axium (quem hodie Vardani vocant), nec pauci iuxta coluntur Brenezis vici. sub Mechmete post Brenezem Turachanes eximius dux erat, qui praeerat equitibus, qui undique ad ipsum concurrebant. ususque prospero rerum successu praedas agebat plurimas ex hostili regione.

χώραν. εἶχε δὲ Βυδίνην τότε ὑπὸ Μεχμέτεω ἐπιτεταμμένος ἄρχειν, καὶ ἐς Παιονίαν διαβαίνων, μέγα εὐδοκιμῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ.

imperavit Bydinae, cum huic a rege Mechmete esset praefectus; transiensque in Pannoniam multum gloriae per universam Europam obtinuit.

ΛΑΟΝΙΚΟΥ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ Η ΠΕΜΠΤΗ.

LAONICI CHALCOCONDYLAE
ATHENIENSIS
HISTORIARUM
DE ORIGINE AC REBUS GESTIS TURCORUM
LIBER QUINTUS.

P. 117 V. 92 1421 Ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησεν ὁ Παιαζήτεω Μεχμέτης βασιλεύσας ἔτη δυοκαίδεκα, διεδέξατο τὴν βασιλείαν Ἀμουράτης ὁ Μεχμέτεω, παῖς αὐτοῦ πρεσβύτερος γενόμενος. ἐτύγχανε δὲ ὢν ἐν Προύσῃ κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ καθίστη τὰ ἐν τῇ ἀρχῇ. Ἕλληνες δὲ ὡς ἐπύθοντο τελευτήσαντα Μεχμέτη καὶ Ἀμουράτη ἐς τὴν βασιλείαν καταστῆναι, μετεπέμποντο ἀπὸ Λήμνου Μουσταφᾶν τὸν Παιαζήτεω λεγόμενον παῖδα γενέσθαι. ἔτυχε δὲ διατρίβων ἐν Λήμνῳ, ὑπὸ Ἑλλήνων ὡς μετριώτατα

Mortuo Mechmete, qui Paiazitis fuit filius, regni sui anno duodecimo, imperii moderamen Mechmetis filius Amurates, qui caeteros aetate anteibat, nactus est. ea tempestate versabatur Prusae, quae Asiae urbs est, quaeque ad regni curam attinere visa sunt constituebat. Graeci Mechmetis morte et Amuratis in regnum successione accepta accersebant e Lemno Mustapham, qui Paiazitis ferebatur esse filius et tum temporis in Lemno agebat mediocri custodia a Graecis

φυλαττόμενος. ἐπεὶ δὲ μεταπεμπόμενοι τοῦτον διεκωλύοντο ὑπὸ πνευμάτων ἐν τῷ τότε δὴ παρόντι βιαζομένων τὴν ἐπὶ Ἑλλήσποντον ἀπὸ Λήμνου ἄνοδον, καὶ ἔδει ἐν τῇ Εὐρώπῃ αὐτοὺς καθιστάναι βασιλέα, (τριήρεσι γὰρ διεκώλυον τὴν P. 118
διάβασιν Ἀμουράτεω ἐπὶ τὴν Εὐρώπην, καὶ τήν γε Προποντίδα τε καὶ Ἑλλήσποντον εἴργοντες ἐς τὴν διάβασιν) κατέπλευσαν ἐπὶ Καλλιούπολιν τῆς Χερρονήσου, πόλιν εὐδαίμονα, ὡς ἐνταῦθα τῷ τε Μουσταφᾷ ἐσπλέοντι συγγένοιντο, καὶ ἀποδεικνύμενοι αὐτὸν βασιλέα Εὐρώπης τήν τε Καλλιούπολιν σφίσιν ἀποδοῦναι πείσαιεν Μουσταφᾶν. ἐνταῦθα μὲν οὖν Ἕλληνες ἀπὸ ἀφροσύνης σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὰ πράγματα ἴεντο διαφθεροῦντες ὡς τὸ ἐπίπαν, καὶ παρὰ βραχὺ δὲ τὴν πόλιν αὐτῶν ὑπὸ Ἀμουράτεω ἀνδραποδισθῆναι. ὡς γὰρ δὴ οἱ τοῦ Ἀμουράτεω ἄρχοντες καταλειφθέντες ἐν τῇ B
Εὐρώπῃ ὑπὸ Μεχμέτεω τοῦ πατρὸς ὥστε αὐτῷ πείθεσθαι διαδεχομένῳ τὴν βασιλείαν, ἀφίκοντο ἐπὶ Βυζαντίου βασιλέα πρεσβευόμενοι ἐς τὰ παρόντα σφίσι μὴ ἀξυμφώνους γενέσθαι τοὺς Ἕλληνας, καὶ περὶ σφᾶς νεωτερίσαι παρ' ἃ καὶ ἐπηγγελμένοι εἶεν τῷ βασιλεῖ Μεχμέτῃ. ἦν δὲ Παιαζήτης τῶν ἀρίστων τοῦ βασιλέως, πρύτανίς τε καὶ στρατηγὸς τῆς Εὐρώπης γενόμενος. οὗτος οὖν ἀγχοῦ ἐλάσας τῷ Βυζαντίου βασιλεῖ διεπρεσβεύετο ἐπὶ τὰς σπονδὰς παρακαλῶν, ὥστε σφίσιν αὐτὸν ἐπιτήδειον εἶναι, ἐδίδου δ' ὁμήρους τῶν ἀρίστων C

asservatus. cum autem hi qui Mustapham vocatum ierant, prohiberentur ventis adversis, qui transitum a Lemno in Hellespontum violenter eo tempore auferebant, regemque in Europa constitui oporteret, triremibus intercipiebant Amuratis in Europam traiectum, Propontidem et Hellespontum intercludentes, ne posset traiicere. ipsi vero navigaverunt Callipolim, quae est urbs Chersonesi, rerum omnium abundantia affluentem, ut ibi in colloquium cum adveniente Mustapha venirent. quem ubi imposuerunt regem Europae, petentes ut sibi restitueret Callipolim, facile impetrarunt. hic quidem Graeci semetipsos resque suas planissime perditum ivere prae nimia imprudentia; urbsque eorum parum abfuit quin capta et direpta ab Amurate fuisset. nam duces Amuratis relicti in Europa ab Mechmete patre, ut filio in regnum succedenti obtemperarent, accessere ad Byzantium regem, petentes ne in praesentiarum Graeci dissentire velint, neve ipse quid contra ea quae promisisset regi Mechmeti, novarum rerum cupidine moliretur. Paiazites, unus de numero optimatum regis, declaratus iudex et dux Europae, legatus ibat ad regem Byzantium, adhortans eum ad foedus faciendum, quo inberetur auxiliaris esse, si quando usus postularet. et quo magis regis animum commo-

V. 93 παῖδας δυοκαίδεκα, χρυσοῦ δὲ μυριάδας εἴκοσι καὶ χώραν πολλὴν Καλλιουπόλεως, ὅσην ἂν ἕλωνται παρὰ σφίσι. ταῦτα δὲ ὑπισχνεῖτό τε καὶ ἐδίδου, ὥστε αὐτὸν Μουσταφᾶν μὲν ἐᾶν χαίρειν, μηδετέροις δ' ἐπιβοηθεῖν, ἀλλ' ἐᾶν αὐτοὺς μαχομένους, ὁπότεροι ἂν περιγένωνται, τὴν βασιλείαν περιέπειν. ταῦτα μὲν οὖν διεκηρυκεύετο πρὸς τὸν τότε βασιλέα Ἑλλήνων Ἰωάννην, νέον τε ἔτι ὄντα καὶ οὐδὲν μικρὸν ἐπινοοῦντα αὐτῷ ἐς τὴν ἀρχήν· ἐδόκει τε γὰρ αὐτῷ ἄμεινον ἔχειν ἐς σφᾶς αὐτοὺς περιπίπτοντας, καὶ δίχα γενομένης αὐ-
D τῷ τῆς ἀρχῆς τὰ πράγματα αὐτῷ ἐν βελτίῳ τε ἔσοιτο τοῦ καθεστηκότος, καὶ ἐπὶ μεῖζον ἀφίξοιτο εὐδαιμονίας, δεομένων ἀμφοῖν, καὶ τῆς γε ἀρχῆς ἐπ' ἀμφοτέρα γινομένης πλέοντι περιγίνεσθαι ἀπ' ἀμφοῖν, ὥστε μηδετέρῳ δὴ ταλαντεύεσθαι. τοῦτο δ' εἶναι, ἐπειδὰν τὴν ἀρχὴν ἄμφω ἐπιδιελόμενοι σφίσι βασιλεύωσιν. ὕστερον μέντοι οὐδὲ τοῦτο ταύτῃ προδιετίθετο, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Μουσταφᾶν δῆλος ἦν τῷ παντὶ γινόμενος ὁ βασιλεὺς οὑτοσί. βασιλεύων δὲ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, τἀναντία τούτου φρονῶν, ἠξίου μὴ παραβαίνειν τὰς σπονδάς, ὡς οὐδενὶ ὅτῳ παραβαίνοντι τὰς σπονδὰς ἔσοιτ' ἂν ὑγιὲς ὁτιοῦν ἢ ἔμ-
P. 119 πεδον, ὥστε μὴ σφαλλομένῳ ἐπιτρίβεσθαι. καὶ τοῦτ' ἔφασκε λογίζεσθαι δεῖν, ὁποτέρῳ γε δέοι προστίθεσθαι, ἔνθα τά τε

9. αὐτοῖς? 21. δέει P

veret, offerebat obsides duodecim nobilium filios. his addebat aureorum myriades viginti, necnon regionem plurimam Callipoli adiacentem, quamcunque eo loci Graeci petiissent. haec quidem pollicebatur et dabat, ut Mustapham rex Byzantius missum faceret neutrisque suppetias ferret, sed ipsos potius sineret concurrere infestis armis, eumque quem belli eventus regem declarasset, regno praeesse pateretur. haec praeconis ad voce Ioannem tum Graecorum regem iuvenem, nec quicquam moderati, ut sibi pararet regnum, cogitantem, referebantur. arbitrabatur namque res suas melius habituras, si illi inimicitias inter se gererent hostiles; seque feliciore rerum successu usurum quam hactenus, si inter se discordias fovissent. etiam hinc magnam sibi pollicebatur felicitatem fore, si ambo sua opera indiguissent. praeterea haec cogitatio eius subibat animum, quod si inter se diviserint regnum et id super utroque recubuerit, fore ut facile superare possit utrumque, cum neutri, quantum ad regni magnitudinem spectat, tum sit conferendus. id autem commodissime evenire putabat, si regnum inter se distribuerent et ambo regnarent. post longe aliam tenebat sententiam: totus namque stetit a partibus Mustaphae. pater autem Ioannis, qui regnum administrabat, diversum a filio sentiebat. nam censebat foederum religionem nec temerandam nec violandam esse; et qui id fecisset, nihil boni ei unquam

ὑπ' αὐτοῦ ἐς τὴν ἀρχήν. τῷ δὲ ἡγεμόνι τούτῳ, ἐπειδὰν ἐς τὴν ἡγεμονίαν κατασταίη, ἐπιτέτραπται κατὰ τοὺς νόμους, ἐπιλαβομένῳ καὶ τῶν ἀρίστων τινῶν, τρέπειν ὡς ξυμφερώτατα. περὶ μὲν οὖν τῶν προσόδων τῆς πόλεως τούτους νομίζεται ἐπιτροπεύειν, διαθεῖναι ᾗ ἂν αὐτοῖς δοκοίη· περὶ πολέμου δὲ καὶ εἰρήνης νομίζεται τὸν δῆμον παρελθόντα ἐς μέσον αἱρεῖσθαι ὅ τι ἂν αὐτῷ δοκοίη, ἑλόμενον δὲ ἐπιτρέπειν τῷ ἡγεμόνι πράσσειν ὡς λυσιτελέστατα. ἐς δὲ τὰς δίκας τῆς πόλεως ἐγκαθίστανται δικασταὶ ὑπὸ τοῦ ἐπικρατοῦντος γένους, καὶ δικάζουσι κατὰ τὰ σφῶν αὐτῶν. τῆς δὲ δίκης ἔφεσίς ἐστιν ἐπὶ τὸν δῆμον, ἐπειδάν τις αὐτῶν μὴ κατὰ τοὺς P. 140
νόμους δικάσηται. διενεχθέντε δὲ τὼ γένεε τούτω, Ντόριά τε καὶ Σπίνουρα, καὶ ἐς διαφορὰν σφίσι καθισταμένω μεγάλα τε τὴν πόλιν κακὰ εἰργάσαντο, τυράννους τε ἐς τὴν πόλιν ἐγκαθιστάντες, καὶ ἐπαγόμενοι ἀθέμιτα ἐπὶ τὴν πόλιν πράγματα. τῶν δὲ γενῶν τούτων τὸ μὲν πρὸς τοὺς Λίγυράς τε καὶ Ἰταλίαν τετραμμένον αἱρεῖται ἑαυτῷ τοὺς Ἰταλοὺς καὶ συμμάχους ἐπάγεται, ... τοῦ Κελτῶν βασιλέως ἐπὶ τὴν πόλιν. ξυμφοραῖς μὲν οὖν πολλαχῇ περιέπεσεν ἡ πόλις αὕτη, ἐς ἀνήκεστα κακὰ προαγομένων τῶν τῆς πόλεως γενῶν ἐπ' ἀλλήλους, καὶ τοὺς σφῶν αὐτῶν πολεμιωτάτους ἐπαγομένων B
ἐπ' ἀλλήλους· ἐπειδὰν μέντοι ἀνάγκῃ περιπίπτοντες ἀνηκέ-

3. *πράσσειν*? an *ἐπιτροπεύειν*?

ab his in principatum provehitur. duci, ubi primum creatus est, permittitur, in consilium adhibitis optimatibus quibusdam, agere secundum leges quae maxime rei publicae conducere censuerit. vectigalia et urbis reditus ordinat ad eum modum, quo iudicaverit plurimum opibus urbis accessurum. de bello et pace populus in medium procedens consultat, et ex sua sententia ista procurat. si autem bellum adversus aliquem hostem decreverint suscipiendum, duci belli administrationem concedunt, ut sedulo caveat ne quam calamitatem sive damnum res publica capiat. quantum attinet ad urbanam iurisdictionem, iudices constituuntur, qui petuntur a praedominante familia, et per se iudicant. si autem non secundum leges iudicarint, provocatio ad populum est. cum autem intestinis discordiis duae illae familiae, Spinula et Doria, arderent, urbem in maxima praecipitarunt pericula: tyrannos enim introduxerunt in rem publicam, et alia nefanda in eam commiserunt. familia quae Ligures et Italos studiis prosequebatur, eligebat Italos, eosque in belli societatem adducebat. altera familia Gallorum regis auxilium implorabat, quem sibi socium faciebant. contigit ergo ut civitas illa in gravissima devolveretur pericula, dum utraque factio adduceret in urbem

V. 110 στῳ παρὰ τὰ σφῶν ἔθιμα ἀναγκάζοιντο πολιτεύεσθαι ὑπὸ τῶν τυράννων, δαιμονίως ὁμοφρονοῦντες ἀλλήλοις κατὰ τὸ ἰσχυρὸν ἐξελαύνουσί τε αὐτίκα ὃς ἂν τύχῃ ἐν τῇ πόλει διαιτητὴς οὐκ ἀγαθός. ἐπαγόμενοί τε γὰρ πολλάκις τῶν Κελτῶν βασιλέα, ἐπιτρέψαντες τὴν πόλιν, αὖθις ἐξήλασαν ὁμοφρονοῦντες ἀλλήλοις, ὥσιε μὴ πάνυ ἐνδιατρίβειν ἐῶντες παρὰ σφίσι τὴν τυραννίδα ὁ δῆμος ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν ἐπανίασι, τὰ παρόντα σφίσι καινοτομοῦντες καὶ ἐξελαύνοντες, αὖθις C καθιστᾶσι τῶν ἀστῶν ἡγεμόνας καὶ κατὰ τὰ πάτρια πολιτεύονται. διάφοροι δέ εἰσι μάλιστα τοῖς ἀπὸ Ταρακῶνος καὶ τοῖς Ταρακονησίοις τὸ παλαιόν, καὶ πολέμους διέφερον ἐπὶ πολλαῖς γενεαῖς ἐς τούτους τε καὶ τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ, ὅποι ἀλλήλοις περιτύχωσιν, εἰς μάχην αὐτοὺς καθίστανται, ὥστε ἀνελεῖν ἀλλήλους, ἢν δύνωνται. Ταρακονησίοις μὲν οὖν ἐς διαφορὰν καθεστῶτες αἰεί τε πολέμιοί εἰσιν ἔξ ὅτου ἐγένοντο· πρὸς δὲ τοὺς Οὐενετοὺς διηνέχθησαν μὲν καὶ πάλαι διὰ τὰς ἐν τῷ Αἰγαίῳ πελάγει νήσους Χίον τε καὶ Λέσβον, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ τὸν Λιγύρων ἡγεμόνα, ὃν σφίσιν ἐπαγόμενοι τύραννον ἐγκατέστησαν καὶ ἐν στάσει γενόμενοι τὴν πόλιν ἐπέτρεψαν ἐπιτροπεύειν τε, καὶ D Οὐενετοῖς ἐπολέμουν καὶ τῷ Ταρακονησίων βασιλεῖ. καὶ ναῦς μὲν ἐπλήρουν ἐς τὸν πρὸς Οὐενετοὺς πόλεμον, καὶ ἐπιπλέοντες

11. πολέμου P 14. αὐτοῖς?

eos qui summo urbis odio laborabant. postmodum res publica in acerbam necessitatem redacta est, quia legibus patriis amplius non regebatur. tandem igitur malis victi animi, cum iterum coalescerent mutua concordia, eos iudices sive principes qui minus idonei videbantur vi eiiciunt. praeterea cum saepius Gallorum regem advocassent, eique urbis regimen commisissent, tandem coniuratione facta eum saepius vi expulerunt, haud aequis animis tyrannidem tolerantes. populus enim libertatis cupidus novis rebus inhiabat; eiectisque tyrannis duces de corpore suo creabant, et patrio more legibusque rem publicam porro gubernabant. sunt autem Ianuenses iam ab antiquo Tarraconensibus admodum infesti, bellumque multis generationibus contra eos gessere. publice privatimque discordias et inimicitias hostiles exercuere, adeo ut si alicubi alius alii occurreret, in mutuas caedes ruerent. inimicitiae cum Tarraconensibus implacabiles perpetuae fuerunt Ianuensibus. etiam Venetos iam olim odio prosequebantur, propter Lesbum et Chium insulas in Aegaeo mari sitas, necnon propter Ligurum ducem, quem sibi principem praefecerant. cum autem intestina seditione laborarent, aliis quibusdam urbis gubernacula mandarunt: ipsi vero bellum cum Venetis et Tarra-

τάς τε ἐς τὸν Ἰόνιον πόλεις ἐκάκουν καὶ τὰς ἐπὶ τῷ Αἰγαίῳ. ταῦτα δὲ ἔπρασσον τοὺς Οὐενετοὺς τιμωροῦντές τε τῷ Λιγύρων τυράννῳ τῷ Φιλίππῳ. καὶ τήν τε Κέρκυραν πῦρ ἐνιέντες ἐς τὰ προάστεια κατέκαυσαν, καὶ ἔβλαπτον εἴ τι προχωροίη αὐτοῖς. ὕστερον μέντοι, ὡς πρὸς τὸν Ταρακόνων βασιλέα ᾧ ὄνομα Ἀλφόνσος διενεχθέντες, ἐμάχοντο πρὸς Γαέτην πόλιν τῆς Ἰταλίας· ἐνταῦθά τε γὰρ καθορμιζομένων τῶν τοῦ βασιλέως Ἀλφόνσου νεῶν μεγίστων, καὶ ὡς ἐπύθοντο οἱ Ἰαννῖοι τόν τε στόλον αὐτοῦ ἐνταῦθα ὡς ἐπ' αὐτοὺς παρασκευαζόμενον τὸν βασιλέα, πληρώσαντες ναῦς μεγίστας δὴ P. 141
ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, τῶν ἐπὶ τὴν ἐμπορίαν ἀφικνουμένων, καὶ ἐξοπλισάμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως ἀνήγοντο ἐπὶ τοὺς Ταρακονησίους, καταλαβόντες δὲ αὐτὸν ἐν τῷ Γαέτης λιμένι διεναυμάχουν ταῖς τοῦ βασιλέως ναυσὶν ἐπὶ πολὺν χρόνον. ἔτυχε δὲ αὐτοῦ τότε παρὼν ἐν τῇ πόλει ὁ βασιλεύς, καὶ τὴν μάχην θεώμενος ἠσχαλλέ τε καὶ ἠθύμει, ὅτι πλειόνων ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ναυσὶν ὄντων ἀνδρῶν οὐχ οἷαί τε ἐνῆν ὑπερβάλλεσθαι τὰς τῶν πολεμίων ναῦς. καὶ δὴ καὶ ἐμβὰς αὐτὸς ἐς τὰς ναῦς ὥστε ἐποτρῦναι αὐτοὺς ἐπὶ τὸν πόλεμον, μάχης οὖν καρτερᾶς γενομένης ἥ τε ναῦς ἑάλω, καὶ σὺν αὐτῇ τε ἅμα ἑάλω καὶ ὁ Ταρακόνων βασιλεύς. εἷλε δὲ καὶ τὴν ναῦν γραμματιστὴς τοῦ Ντόρια, ναυαρχοῦντος τότε τοῖς Ἰαννῖοις. οἳ ἐπεί- B

17. ἦσαν? 22. ὃς P: corr H

conensium rege gerere auspicabantur. naves militibus, contra Venetos quas ducant, complent. urbes versus Ionium adnavigantes graviter affligebant; nec abstinebant ab iis quae in Aegaeo mari habitantur. haec autem magno animo peragebant, ut Venetos ulciscerentur propter Ligurum tyrannum nomine Philippum. praeterea ignem iniicientes in Corcyram suburbana incenderunt, quae cremata sunt; et latius saeviisset incendium, si res, ut animo agitarant, evenisset. postea praelium commisere, cum inimicitiae hostiles intervenissent cum Alphonso Tarraconensium rege, ad Gaeten sive Caietam Italiae urbem. huc enim regis Alphonsi naves appulerant maximae. quod ubi cognoverunt Ianuenses, videlicet regis classem eo collectam stare comparatam adversum sese, cives armatos naves maximas, quas huc mercium gratia venisse comperimus, conscendere iubent; solventesque ab urbe cursum contra Tarraconenses dirigebant. cum autem Tarraconensium regem assecuti essent in portu Caietae, tempore longo certarunt. rex eo tempore intra moenia existens praelium spectabat; et admodum dolebat, quod sui, qui plures numero erant, hostes superare non possent. ingressus igitur ipse naves, suos cohortando ad praelium accendere nitebatur. commisso itaque praelio magno capta

τε περιεγένοντο καὶ αὐτὸν εἷλον τὸν βασιλέα, ἀπέπλεον ἐπ' οἴκου. ὡς δὲ ἀγχοῦ τῆς πόλεως ἐγένοντο, πρὶν ἢ ἐς τὴν πόλιν αὐτὸν καθορμίσασθαι, ἀποστρέψας ἔπλει ἐπὶ τὴν τοῦ Λιγύρων ἡγεμόνος χώραν, ὡς αὐτόν τε ἐκείνῳ ἄξων αἰχμάλωτον τὸν βασιλέα Ἀλφόνσον, καὶ οἰόμενος μέγα τι ἀποίσεσθαι αὐτῷ κέρδος ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος. ἐπιβὰς δὲ τῆς χώρας αὐτοῦ ἦκεν ἄγων τὸν βασιλέα αἰχμάλωτον παρὰ τὸν Λιγυρίας τύραννον. ἐνταῦθα ὁ Μεδιολάνου ἡγεμὼν οὗτος τόν τε βασιλέα ὑπεδέξατο ἐν τιμῇ, καὶ μεγάλως τιμήσας αὐτὸν ἀπέπεμψεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ. καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε οἵ τε C Ἰανυΐων ἄνδρες γνώμῃ διενεχθέντες πρὸς τοῦτον οὐ πολλῷ ὕστερον ἀπέστησαν καὶ τὸν ἄρχοντα ἐξήλασαν, καὶ τοὺς ἐς V. 111 τὴν τῆς πόλεως ἀκρόπολιν καταφυγόντας ὁμολογίᾳ παραστησάμενοι· καὶ αὐτοὶ ἐς τὰ πατρῷα σφίσι τοῦ λοιποῦ τὴν πόλιν διῴκουν, ἐγκαθιστάντες δὲ ἡγεμόνας τῶν ἀστῶν ἐπὶ τῇ ἡγεμονίᾳ, ᾗ καὶ πρότερον αὐτοῖς ἐνομίζετο. ὁ μέντοι Ἀλφόνσος ἀπολυθεὶς ὑπὸ Μεδιολάνου ἡγεμόνος εὔνως τε αὐτῷ εἶχε, καὶ ἐπιτηδείως ὑπουργῶν ἅττ' ἂν αὐτῷ πρὸς χάριν ἡγήσαιτο ἥδεσθαι οὐκ ἐπαύσατο διὰ παντός, ἐς ὃ δὴ ὁ τοῦ Μεδιολάνου ἡγεμὼν ἐτελεύτησεν.

Οὗτος δὲ ὁ Ταρακονησίων βασιλεὺς τῆς τε Βαλεντίας βασιλεύων καὶ Ταρακῶνος καὶ τῆς τε Σαρδόνος νήσου καὶ

5. ἀποίσασθαι P 6. αὐτὸς? 13. καταφυγόντες P: corr H
19. ἔσεσθαι?

navis est, quae vehebat regem Tarraconensium. rex simul in potestatem venit. scriba autem Doriae navem cepit, qui in praelio isto navali Ianuensium dux erat. qui cum victores praelio excessissent, regem captivum vehentes domum reversi sunt. naves igitur cum appropinquassent ianuae, priusquam urbem iniret dux, navigavit ad Ligurum ducis regionem, ut ei captivum Alphonsum traderet, sperans se inde haud parum commodi accepturum. ingressus itaque Ligurum ducis regionem regem captivum ad eum perduxit. dux Mediolani honorifice et magnifice regem excepit, et tandem incolumem suo regno restituit. at Ianuenses rei indignitate permoti ab illo defecerunt et ducem expulerunt. deinde pergentes contra arcem, eam pactionibus in potestatem acceperunt; et deinceps ritu patrio urbem administrarunt, promoventes ad principatus honorem iuxta antiquas suas leges aliquem de civium numero. Alphonsus dimissus ad suos a Mediolani duce, beneficii memor hunc semper coluit; nec ei gratificari quibuscunque in rebus potuit, cunctatus est, quandiu dux superstes mansit.

Hic Tarraconensium rex imperio temperans Valentiam, Tarraconem, Sardiniam insulam, Cyrnum et Barcenona Iberiae urbem opu-

Κύρνου, καὶ ἐπάρχων τῆς Βαρκενώνης πόλεως εὐδαίμονος D
κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἀφίκετο ἐς Σικελίαν μὲν πρῶτον, μετὰ δὲ
ταῦτα ἐς Ἰταλίαν καὶ ἐπὶ Παρθενόπην, καὶ τὴν βασιλείαν
κατέσχε τρόπῳ τοιῷδε· τὴν γὰρ Νεάπολιν ταύτην τῆς Ἰτα-
λίας προελθοῦσαν τὸ παλαιὸν ἐς τὸν Κελτῶν βασιλέα, ἀπε-
δείκνυτο ἀπὸ οἴκου τοῦ βασιλέως ἐς τήνδε τὴν χώραν τῆς
Ἰταλίας βασιλέα καὶ ἄρχοντα. ἡ δὲ βασιλεία ἄρχεται μὲν
ἀπὸ Ἰαπυγίας ἄκρας καὶ Μεσαπίας, καὶ ἐπὶ πολὺ προϊοῦσα
κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον ἐπ' ἀριστερὰ εἰσπλέοντι ἀμείβει τε
τὴν χώραν τῆς Βάρης οὕτω καλουμένης, καί γε τὴν βασιλι-
κωτάτην ἐπέχει λόγου ἀξίαν οὕτω χώραν. μετὰ δὲ τὴν Γή-
πονον οὕτω καλουμένην διήκει ἐπὶ Γαέτην καὶ ἐπὶ Δεδίην, P. 142
πόλιν ὁμορροῦσαν τὸ πρὸς ἑσπέραν τῇ Ῥωμαίων χώρᾳ, τὸ δὲ
πρὸς ἕω τῷ Ἰονίῳ. ἔχει δὲ καὶ τὴν πρὸς Σικελίαν τετραμ-
μένην χώραν, Ἑλλάδα τὸ παλαιὸν καλουμένην, τὰ νῦν δὲ Κα-
λαβρίαν. ὡς δὴ οὖν ἐπὶ τῶν Κελτῶν βασιλέα περιελήλυθεν
ἡ τῆς Νεαπόλεως βασιλεία, ἐπέστησαν αὐτῇ βασιλέα τῶν
προσηκόντων αὐτοῖ, ἕνα οἴκου τοῦ βασιλέως. ὡς δὲ ἀφικό-
μενος ἐς τὴν Νεάπολιν (Λαντίλαος δ' ἦν ὄνομα αὐτῷ) ἐβα-
σίλευέ τε τῆς χώρας, καὶ ἐπὶ μέγα δυνάμεως τῶν κατὰ τὴν
Ἰταλίαν ἐπί τε τὴν Τυρρηνῶν ἀρχὴν ἐστρατεύετο καὶ ἐπὶ
τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν, μεγάλα ἀποδεικνύμενος ἔργα. καὶ δὴ
καὶ ἐπὶ τὴν τῶν Τυρρηνῶν μητρόπολιν Φλωρεντίαν στρατὸν

12. *ἐπὶ Δεδίην*] Anagniam margo P

lentam, primum in Siciliam appulit, postea venit in Italiam et Parthenopen, quae et Neapolis, regnumque in hunc modum occupavit. Neapolis quondam Italiae subiecta, translata est ad Gallorum regem, qui de sua familia semper regem et principem huic praeficiebat. regnum autem hoc incipit ab Iapygia summa et Mesapia; et in longum progrediens versus Ionicum sinum, dextra ambit regionem Vares sive Barum dictam. regio ista plane regalissima et regio nomine digna est. post Gepanum (sive Brutios, Terram laboris) sic nominatim extendit se usque Gaeten et Diam urbem Romanorum regioni finitimam. et hic quidem terminus est occidentalis. versus Orientem attingit Gonium. qua autem spectat Siciliam, regionem habet antiquitus Graeciam, nunc vero Calabriam nuncupatam. ubi primum in dicionem regis Gallorum istud regnum concessit, accepit regem propinquum genere regi Gallorum. qui ut pervenit in regnum (nomen eius erat Lantilaus), regioni isti universae imperavit. cum iam opibus reliquaque potentia plurimum polleret, arma cepit adversus Tyrrhenorum regnum atque adeo contra reliquam Italiam, ubique praeclara facinora designans. et quidem movens exercitum contra Tyr-

τε περιεγένοντο καὶ αὐτὸν εἷλον τὸν βασιλέα, ἀπέπλεον ἐπ' οἴκου. ὡς δὲ ἀγχοῦ τῆς πόλεως ἐγένοντο, πρὶν ἢ ἐς τὴν πόλιν αὐτὸν καθορμίσασθαι, ἀποστρέψας ἔπλει ἐπὶ τὴν τοῦ Λιγύρων ἡγεμόνος χώραν, ὡς αὐτόν τε ἐκείνῳ ἄξων αἰχμάλωτον τὸν βασιλέα Ἀλφόνσον, καὶ οἰόμενος μέγα τι ἀποίσεσθαι αὐτῷ κέρδος ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος. ἐπιβὰς δὲ τῆς χώρας αὐτοῦ ἦκεν ἄγων τὸν βασιλέα αἰχμάλωτον παρὰ τὸν Λιγυρίας τύραννον. ἐνταῦθα ὁ Μεδιολάνου ἡγεμὼν οὗτος τόν τε βασιλέα ὑπεδέξατο ἐν τιμῇ, καὶ μεγάλως τιμήσας αὐτὸν ἀπέπεμψεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ. καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε οἵ τε Γ'Ιανυΐων ἄνδρες γνώμῃ διενεχθέντες πρὸς τοῦτον οὐ πολλῷ ὕστερον ἀπέστησαν καὶ τὸν ἄρχοντα ἐξήλασαν, καὶ τοὺς ἐς V. 111 τὴν τῆς πόλεως ἀκρόπολιν καταφυγόντας ὁμολογίᾳ παραστησάμενοι· καὶ αὐτοὶ ἐς τὰ πατρῷα σφίσι τοῦ λοιποῦ τὴν πόλιν διῴκουν, ἐγκαθιστάντες δὲ ἡγεμόνας τῶν ἀστῶν ἐπὶ τῇ ἡγεμονίᾳ, ᾗ καὶ πρότερον αὐτοῖς ἐνομίζετο. ὁ μέντοι Ἀλφόνσος ἀπολυθεὶς ὑπὸ Μεδιολάνου ἡγεμόνος εὔνως τε αὐτῷ εἶχε, καὶ ἐπιτηδείως ὑπουργῶν ἅττ' ἂν αὐτῷ πρὸς χάριν ἡγήσαιτο ἥδεσθαι οὐκ ἐπαύσατο διὰ παντός, ἐς ὃ δὴ ὁ τοῦ Μεδιολάνου ἡγεμὼν ἐτελεύτησεν.

Οὗτος δὲ ὁ Ταρακονησίων βασιλεὺς τῆς τε Βαλεντίας βασιλεύων καὶ Ταρακῶνος καὶ τῆς τε Σαρδόνος νήσου καὶ

5. ἀποίσασθαι P 6. αὐτὸς? 13. καταφυγόντες P: corr H
19. ἔσεσθαι?

navis est, quae vehebat regem Tarraconensium. rex simul in potestatem venit. scriba autem Doriae navem cepit, qui in praelio isto navali Ianuensium dux erat. qui cum victores praelio excessissent, regem captivum vehentes domum reversi sunt. naves igitur cum appropinquassent ianuae, priusquam urbem iniret dux, navigavit ad Ligurum ducis regionem, ut ei captivum Alphonsum traderet, sperans se inde haud parum commodi accepturum. ingressus itaque Ligurum ducis regionem regem captivum ad eum perduxit. dux Mediolani honorifice et magnifice regem excepit, et tandem incolumem suo regno restituit. at Ianuenses rei indignitate permoti ab illo defecerunt et ducem expulerunt. deinde pergentes contra arcem, eam pactionibus in potestatem acceperunt; et deinceps ritu patrio urbem administrarunt, promoventes ad principatus honorem iuxta antiquas suas leges aliquem de civium numero. Alphonsus dimissus ad suos a Mediolani duce, beneficii memor hunc semper coluit; nec ei gratificari quibuscunque in rebus potuit, cunctatus est, quandiu dux superstes mansit.

Hic Tarraconensium rex imperio temperans Valentiam, Tarraconem, Sardiniam insulam, Cyrnum et Barcenona Iberiae urbem opu-

Κύρνου, καὶ ἐπάρχων τῆς Βαρκεωνης πόλεως εὐδαίμονος D
κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἀφίκετο ἐς Σικελίαν μὲν πρῶτον, μετὰ δὲ
ταῦτα ἐς Ἰταλίαν καὶ ἐπὶ Παρθενόπην, καὶ τὴν βασιλείαν
κατέσχε τρόπῳ τοιῷδε· τὴν γὰρ Νεάπολιν ταύτην τῆς Ἰτα-
λίας προελθοῦσαν τὸ παλαιὸν ἐς τὸν Κελτῶν βασιλέα, ἀπε-
δείκνυτο ἀπὸ οἴκου τοῦ βασιλέως ἐς τήνδε τὴν χώραν τῆς
Ἰταλίας βασιλέα καὶ ἄρχοντα. ἡ δὲ βασιλεία ἄρχεται μὲν
ἀπὸ Ἰαπυγίας ἄκρας καὶ Μεσαπίας, καὶ ἐπὶ πολὺ προϊοῦσα
κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον ἐπ' ἀριστερὰ εἰσπλέοντι ἀμείβει τε
τὴν χώραν τῆς Βάρης οὕτω καλουμένης, καί γε τὴν βασιλι-
κωτάτην ἐπέχει λόγου ἀξίαν οὕτω χώραν. μετὰ δὲ τὴν Γή-
πονον οὕτω καλουμένην διήκει ἐπὶ Γαέτην καὶ ἐπὶ Δεδίην, P. 142
πόλιν ὁμορροῦσαν τὸ πρὸς ἑσπέραν τῇ Ῥωμαίων χώρᾳ, τὸ δὲ
πρὸς ἕω τῷ Ἰονίῳ. ἔχει δὲ καὶ τὴν πρὸς Σικελίαν τετραμ-
μένην χώραν, Ἑλλάδα τὸ παλαιὸν καλουμένην, τὰ νῦν δὲ Κα-
λαβρίαν. ὡς δὴ οὖν ἐπὶ τῶν Κελτῶν βασιλέα περιελήλυθεν
ἡ τῆς Νεαπόλεως βασιλεία, ἐπέστησαν αὐτῇ βασιλέα τῶν
προσηκόντων αὐτοῖ, ἕνα οἴκου τοῦ βασιλέως. ὡς δὲ ἀφικό-
μενος ἐς τὴν Νεάπολιν (Λαντίλαος δ' ἦν ὄνομα αὐτῷ) ἐβα-
σιλευέ τε τῆς χώρας, καὶ ἐπὶ μέγα δυνάμεως τῶν κατὰ τὴν
Ἰταλίαν ἐπί τε τὴν Τυρρηνῶν ἀρχὴν ἐστρατεύετο καὶ ἐπὶ
τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν, μεγάλα ἀποδεικνύμενος ἔργα. καὶ δὴ
καὶ ἐπὶ τὴν τῶν Τυρρηνῶν μητρόπολιν Φλωρεντίαν στρατὸν

12. ἐπὶ Δεδίην] Anagniam margo P

lentam, primum in Siciliam appulit, postea venit in Italiam et Parthenopen, quae et Neapolis, regnumque in hunc modum occupavit. Neapolis quondam Italiae subiecta, translata est ad Gallorum regem, qui de sua familia semper regem et principem huic praeficiebat. regnum autem hoc incipit ab Iapygia summa et Mesapia; et in longum progrediens versus Ionicum sinum, dextra ambit regionem Vares sive Barum dictam. regio ista plane regalissima et regio nomine digna est. post Gepanum (sive Brutios, Terram laboris) sic nominatim extendit se usque Gaeten et Diam urbem Romanorum regioni finitimam. et hic quidem terminus est occidentalis. versus Orientem attingit Gonium. qua autem spectat Siciliam, regionem habet antiquitus Graeciam, nunc vero Calabriam nuncupatam. ubi primum in dicionem regis Gallorum istud regnum concessit, accepit regem propinquum genere regi Gallorum. qui ut pervenit in regnum (nomen eius erat Lantilaus), regioni isti universae imperavit. cum iam opibus reliquaque potentia plurimum polleret, arma cepit adversus Tyrrhenorum regnum atque adeo contra reliquam Italiam, ubique praeclara facinora designans. et quidem movens exercitum contra Tyr-

Bἐπαγόμενος καὶ προσκαθεζόμενος ἐπολιόρκει. ὡς δὲ χρονιωτέρα ἐγένετο ἡ πολιορκία, λέγεται ὡς ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ ἀφικόμενοι οἱ τῆς πόλεως λύγους προσέφερον περὶ εἰρήνης, φάσκοντες πείσεσθαι αὐτοὺς ὅ τι ἂν κελεύοι, καὶ ἐπὶ τούτοις διαλύεσθαι. τὸν δὲ ξυμβαίνοντα αἰτεῖσθαι τῶν ἀστῶν τινὸς θυγατέρα, εὐπρεπῆ τε οὖσαν καὶ πασῶν δὴ τῶν ἐν τῇ πόλει λεγομένην εἶναι καλλίω [, ταύτην ὡς ἐπύθετο κάλλει διενεγκεῖν τῶν ἐν τῇ πόλει λεγομένων εἶναι]. φέρει δὲ αὕτη ἡ πόλις μάλιστα δὴ γυναῖκας κάλλει διαφερούσας τῶν ἐν Ἰταλίᾳ μετ' αὐτήν γε παρθένους. ταύτην δὲ ἀναπυνθανόμενος οὕτω ἔχειν ἐς κάλλος (ἦν δὲ ἄλλως ὁ βασιλεὺς οὗτος καὶ Cἐς γυναῖκας ἐπιμανὴς καὶ ἀκόλαστος), αἰτούμενος ταύτην αὐτῷ δοθῆναι τὴν γυναῖκα, ἐπὶ τῇ ξυμβάσει αὐτὸν συναινέσαι τοὺς Τυρρηνούς, καὶ κελεῦσαι τὸν πατέρα, σκευασάμενον τὴν θυγατέρα αὐτοῦ τῷ καλλίστῳ δὴ κόσμῳ, ἐκδοῦναι τῷ βασιλεῖ. τυχεῖν δὲ ἰατρὸν τὸν τῆς παιδὸς ταύτης πατέρα, ἥκοντά τε ἐς τὰ πρῶτα τῆς τέχνης καὶ ἐπὶ πεῖραν πολλῶν ἀφικόμενον. ὡς δ' οὐκ ἠδύνατο διαφυγεῖν ὥστε μὴ ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα, ἐγκερασάμενον κώνειον ὡς ἠδύνατο ἰσχυρότατον (ἐν δὴ ταύτῃ τῇ πόλει μάλιστα δὴ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἐγκιρνῶνται τὸ κώνειον ἄμεινον τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι) καὶ ἐμβάψαντα τὸ λέντιον ἐς τὸ κώνειον, φέροντα δοῦναι τῇ

7. λεγομένων P ταύτην — εἶναι] haec unus codex om 14. ἐσκευασάμενον P.

rhenorum urbem Florentiam, eamque obsidens expugnare nitebatur. cum autem in longum urbis obsidio extraheretur tempus, et obsessi iam ad extremam venissent necessitatem, ferunt eos in colloquium venisse cum rege, petentes pacem, promittentes interim se promptos et paratos esse facere quaecunque imperasset, saltem pacem daret petentibus. quorum precibus victus postulavit civis cuiusdam filiam forma excellentem omnes quae tum in ea urbe formosae habebantur. hanc cum accepisset formae elegantia omnes superare (fert enim urbs ista mulieres in primis forma praestantes virginesque venustissimas), eam petiit sibi uxorem dari, cum in colloquium cum Tyrrhenis super pace iungenda venisset. erat enim rex ille caetera intemperans et libidinosissimus, et tantum non insaniebat amore mulierum. iusserunt itaque Tyrrheni ut pater virginis eam quam pulcherrime exornatam regi traderet. aiunt puellae patrem fuisse medicum insignem, adeo ut facile omnes ea facultate superaret. cum igitur multa tentaret, nec tamen posset ulla ratione sibi consulere quin filiam regi daret, commiscuit cicutam quam potuit efficacissimam. in ista namque Italiae urbe cicutam commiscere solent efficaciorem quam

θυγατρί, ὡς ἐπειδὰν αὐτῇ ἐπιμίσγοιτο ὁ βασιλεύς, μετὰ τὴν D
συνουσίαν ἐκμάσσειν τὸ αἰδοῖον τῷ λεντίῳ ὡς εὐπρεπέστατα·
ταύτην δὲ λαβοῦσαν τὸ λέντιον, θέας τε ἄξιον ὂν καὶ χρυσῷ
κεκοσμημένον, φυλάττειν, ὥστε ὑπουργεῖν τῷ βασιλεῖ μετά γε
τὴν συνουσίαν, ἣ ἐνετέλλετο αὐτῇ ὁ πατήρ. ἐπεὶ δὲ ἄγοντες V. 112
τὴν γυναῖκα ἐνεχείρισαν τῷ βασιλεῖ, θεασάμενον ἐκπλαγῆναι
τῷ κάλλει αὐτῆς καὶ ἐρασθέντα συγγενέσθαι, πειθομένην τὴν
παῖδα τῷ πατρὶ κατὰ τὰ ἐντεταλμένα, τῷ τε λεντίῳ αὐτίκα
φιλοφρονουμένην ἐκμάσσειν τὸ αἰδοῖον. καὶ ὡς ἥψατο ἐν
ὑγρότητι γενομένου, αὐτίκα πυρέξαι τὸν βασιλέα καὶ μετ' οὐ P. 143
πολὺ ἀποθανεῖν. τελευτῆσαι μὲν δὴ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ,
ὡς ἐπ' αὐτὴν ἐπελήλυθε τὸ κώνειον, διανεμηθὲν ἐγένετο, δι'
ὑγροῦ τὸ κώνειον ἁψαμένους τοῦ λεντίου. τελευτήσαντος μὲν
οὖν οὕτω τοῦ βασιλέως τόν τε στρατὸν διαλυθῆναι, ἀποχω-
ρήσαντα ἐπ' οἶκον, καὶ τὴν πόλιν ἐλευθέραν γενέσθαι τῆς πο-
λιορκίας. λέγουσι δὲ Ἰταλῶν τινὲς ὡς οὐχ ὁ πατὴρ εἴη ὁ τὸ
λέντιον δεδωκὼς τῇ γυναικὶ καὶ ἐγκερασάμενος, ἀλλ' ἡ βουλὴ
τῆς πόλεως αὐτὴν συσκευάσασα τῷ καλλίστῳ κόσμῳ, ὡς εὐ-
πρεπεστέραν φανῆναι τῷ βασιλεῖ, καὶ τὸ λέντιον δοῦναι, τού-
τῳ δὴ φιλοφρονεῖσθαι βασιλέα ἐς τὴν συνουσίαν. ἀλλὰ ταῦ-
τα μὲν ἐς τοσοῦτον λεγόμενα παρίεμεν, οὐκ εὐπρεπῆ ὄντα·
μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως Λαντιλάου τὴν γυναῖκα B

6. θεασάμενος P 7. πυθομένην P

in reliquis urbibus. accepit et pannum, quem cicutae immersit, ut venenum imbiberet. quo facto, pannum veneno imbutum filiae dedit, monens ut, ubi rex cum ea concubuisset, ipsa panno isto mentulam eius quam decentissime abstergeret. hunc igitur cum accepisset pannum auro exornatum spectaculoque dignum, eum diligenter custodivit, ut regi, sicuti pater praeceperat, post concubitum inservire posset. ducentes igitur virginem istam obtulerunt regi. qui ea visa, formae pulchritudine captus, obstupuit, amoreque ardens cum ea Veneris foedus iniit. puella autem iussa patris faciens, multis blandimentis adhibitis, panno regis mentulam abstersit. quo cum esset tactus rex, in humorem nonnihil resolutus in febrim incidit acutissimam et continuo expiravit. etiam puellam esse mortuam tradunt, cum et ipsam cicuta per humorem diffusa contagio infecisset. regis exercitus, ubi primum ipse mortem obiit, dilapsus domum rediit, et Florentia obsidione liberata est. quidam Itali perhibent non patrem pannum infectum veneno puellae tribuisse, verum senatum urbis eam exornasse quam pulcherrimo ornatu, ut formosissima regi appareret; eundem etiam senatum pannum dedisse. hinc ad coitum mire alliciebatur rex. sed haec hactenus, quia turpia sunt, dixisse

αὐτοῦ ἐνοχλουμένην εἰς τὴν βασιλείαν ὑπό τε τῶν Ἰταλῶν καὶ ὑπὸ τῶν τῆς χώρας ἀρχόντων, πράγματα παρεχόντων αὐτῇ γημαμένῃ Ῥαινερίῳ τῷ Προβεντίας βασιλεῖ, ἀνεψιῷ δ' ὄντι τοῦ Κελτῶν βασιλέως, παραδοῦναί τε τὴν βασιλείαν τῆς Παρθενόπης. ταύτην δ' εἶναι θυγατέρα ἐπυθόμεθα τοῦ Ταρώντου τε καὶ τῆς Ἰαπυγίας ἡγεμόνος, τοῦ Οὐρσίνων οἴκου ἤτοι Ἀρκίων, ὡς ἂν ταύτῃ Ἑλληνιστὶ λέγοιτο, ἀνδρὸς τὰ μέγιστα δυναμένου ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ τῆς Νεαπόλεως. τὸν μὲν οὖν Ῥαινέριον παραλαβόντα τὴν βασιλείαν διαγενέσθαι βασιλεύοντα ἔτη δυοκαίδεκα· ἐν τούτῳ δὲ Ἀλφόνσον τὸν Ταρακόνων βασιλέα καὶ Σαρδόνος καὶ Βαλεντίας, οἴκου ὄντα τῶν Μεδίνων, στόλον ναυπηγησάμενον μέγιστον, ἐπαγομένων αὐτὸν τῶν ἐν Σικελίᾳ Πανορμιέων, ἀφικέσθαι τε ἐς Σικελίαν καὶ ὑφ' αὑτῷ σύμπασαν ποιησάμενον ἔχειν, μετὰ δὲ ταῦτα ἀπὸ ταύτης τῆς νήσου ὁρμώμενον κατασχεῖν τὴν ἐν τῇ Παρθενόπῃ ἀκρόπολιν τὴν μεσόγαιον· εἰσὶ γὰρ τῇ πόλει ταύτῃ δύο παράλιοι ἀκροπόλεις καὶ μία μεσόγαιος. στρατὸν δ' ἐπαγόμενος ἐπολιόρκει τε τὴν πόλιν, καὶ μηχανὰς προσφέρων ἐπειρᾶτο ἑλεῖν· ἔνθα καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ βληθεὶς τηλεβόλῳ ἐτελεύτησε. μετ' οὐ πολὺ δὲ παραστησάμενος εἷλέ τε καὶ κατέσχε τὴν πόλιν. μετὰ ταῦτα τήν τε ἀκρόπολιν ἐπολιόρκει, τήν τε παράλιον καὶ τὴν μεσόγαιον. τὴν μέντοι μεσόγαιον παραστησάμενος λιμῷ ἐξεπολιόρκησε, τὴν δὲ παράλιον παρα-

12. ἀπαγομένων P

sufficiat. post obitum regis Lantilai, cum uxor eius admodum inquietaretur propter regnum ab Italis, necnon regionis duces ipsi plurima negotia facesserent, nupsit Rainerio provinciae regi, Gallorum regis patrueli, eique regnum Neapolitanum tradidit. accepimus autem hanc fuisse filiam Tarenti et Iapygiae ducis, qui ortus ex familia Ursinorum sive (ut Graece dicam) Arctiorum, quique plurimum pollebat opibus et potentia in regione Parthenopes. Rainerius annis regnavit duodecim. interea Alphonsus natus de familia Medinorum, rex Tarraconensium, Sardiniae et Valentiae classem adornabat maximam. qua instructus, cum Siceliotae remiges strenuam operam locarent, in Siciliam delatus est; quam subegit et postmodum imperio rexit. hinc deinde profectus Parthenopes arcem mediterraneam occupavit. Parthenope arces habet maritimas duas et unam mediterraneam. adducens igitur Alphonsus copias urbem eam oppugnabat, et admovens machinas muro omnigenas eam sui iuris facere conabatur. ibi tum Alphonsi frater bombardae globo ictus occubuit. nec multo post urbs in manus venit. hinc copias ad maritimam et mediterraneam movit. mediterraneam fame expugnavit, maritimam cepit, cum

διδόντων αὐτῷ τῶν φυλάκων κατέσχε καὶ φρουρὰν ἐγκαθίστησιν. ἡ δὲ τοῦ βασιλέως γυνὴ ἐπολιορκεῖτο μὲν ἐν τῇ πρὸς τῷ τῆς πόλεως λιμένι ἀκροπόλει· καὶ ὅ τε ἀνὴρ αὐτῆς ὑπεξῆλθεν ἀπελαυνόμενος, καὶ ἀπέπλει ἐπὶ Προβεντίας ὡς στρατόν τε ἐπάξων ὅτι τάχιστα καὶ τιμωρήσων τῇ γυναικί. ἔνθα ἡ βασίλεια Φορτίαν τὸν τῆς Μάρκης ἡγεμόνα μεταπεμψαμένη, καὶ τότε δὴ ἐν Ἰταλίᾳ μέγα δυνάμενον τὰ ἐς στρατηγίαν, τόν τε Ἀλφόνσον ἐξήλασε τῆς πόλεως. ἐκβαλοῦσα ἐκεῖνον ἴσχει τὴν πόλιν, συνεπιλαβομένου τοῦ Φορτία αὐτῇ. ὡς δὲ ἐπ' αὐτῇ τὰ πράγματα ἐγένετο, τήν τε ἀκρόπολιν ἐπολιόρκει τὴν πρὸς τῷ ὄρει μεσόγαιον, καὶ ὡς οὐκ ἠδύνατο ἑλεῖν προκαθεζομένη, λιμῷ ἐπολιόρκει. μετὰ δὲ ταῦτα χρόνου οὐ πολλοῦ διελθόντος, τοῦ Φορτίου διατρίβοντος ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἔχοντος ἀμφὶ τοὺς οἰκείους πολέμους, ὡρμημένος ἀπὸ Σικελίας ὁ Ταρακῶνος βασιλεὺς Ἀλφόνσος τήν τε Καλαβρίαν ὑπηγάγετο μὲν πρῶτα, μετὰ δὲ ταῦτα στράτευμα συλλέξας ἐπήλασέ τε δεύτερον καὶ κατέσχε τὴν πόλιν. καὶ ἡ τε βασίλεια Ῥαινερίου ὑπεξέσχε ἐς τῆς ἀκροπόλεως ἐπὶ τὸν παῖδα αὐτῆς, ἡγεμόνα Ταράντου καὶ Ἰαπυγίας· τὸν γὰρ δὴ ἡγεμόνα τῆς Ἰαπυγίας ἐγήματο μετὰ τὴν τελευτὴν Λαντισλάου, ἀφ' ἧς ἔσχε παῖδα τοῦτον τὸν Ἰαπυγίας ἡγεμόνα. ὡς μέντοι Ἀλφόνσος κατέσχε τὴν πόλιν καὶ χώραν τὴν Γήπονον καλουμένην, ἐπολέμει πρὸς τὸν Ἰαπυγίας ἡγεμόνα παῖδά τε τῆς Μαρίας βασιλίδος, καὶ ἐπιὼν κατεστρέφετο τὴν χώραν.

P. 144

V. 113

B

eam dederent milites qui in ea erant; cui et praesidium imposuit. uxor autem regis obsidione urgebatur in arce, quae sita est in portu prope urbem. maritus vero clam egressus navigabat in Provinciam, inde adducturus exercitum, quo munitus uxori obsessae suppetias ferret. interea regina, cum obsidione premeretur, accersens Sphortiam Marchiae principem, qui ea tempestate dux belli peritissimus habebatur, Alphonsum expulit, urbemque adiuta ab Sphortia recuperavit. cum autem regina iam rerum summa potiretur, arcem mediterraneam in monte sitam obsidione circumdat; quam cum vi capere non posset, fame expugnavit. postea non longo tempore interiecto, cum Sphortia domesticis distineretur bellis, Alphonsus Tarraconensium rex ex Sicilia profectus Calabriam primo subegit; postmodum comparato exercitu iterum Parthenopen accessit, eamque occupavit. regina autem Rainerii ex arce clam effugiens contendit ad filium suum, Tarenti et Iapygiae principem. nam nupserat post Lantilai mortem Iapygiae principi; ex qua filium hunc Iapygiae principem tulit. Alphonsus, urbe capta et regione quae Gepanum nominatur

χρόνου δὲ ἐπιγινομένου πρέσβεις τε πέμπων παρ' αὐτὸν ὁ τῆς Ἰαπυγίας ἡγεμὼν ἠξίου τε αὐτῷ σπένδεσθαι, ἐφ' ᾧ καὶ ἐπιγαμίαν ποιησάμενος· ἠρμόσατο γὰρ δὴ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῷ παιδὶ αὐτοῦ νόθῳ Ἰνφεράνδῳ τὴν ἀδελφιδοῦν τοῦ Ἰαπυγίας ἄρχοντος, θυγατέρα δὲ τοῦ Βενόζης ἡγεμόνος. καὶ σπονδὰς ποιησάμενοι ἐφ' ᾧ ξένους τε καὶ ὑπηκόους εἶναι τῷ βασιλεῖ Ἀλφόνσῳ, μετεπέμπετο ἐπὶ τὴν Νεάπολιν, ἔνθα δὴ ἀφικόμενος ἐς δέος καθίστατο μὴ ἁλῷ ὑπὸ τοῦ βασιλέως. καὶ διὰ τόδε τὸ δέος ἔδοξε παθεῖν τὰ ἐς φρένας.

C Οὕτω μὲν ἐς Ἰταλίαν ἐπὶ τὴν βασιλείαν τῆς τε Σικελίας καὶ Παρθενόπης ἀφίκετο Ἀλφόνσος ἀπὸ Ταρακῶνος· ἐλθὼν δὲ ἐς Ἰταλίαν διέτριβεν αὐτοῦ τὰ μὲν πρὸς τοὺς Τυρρηνοὺς τὰ δὲ πρὸς τοὺς Οὐενετοὺς πολεμῶν, τὰ δὲ καὶ σπενδόμενος διετέλει. Ἰαννῖνους μὲν ἐπῆγε στόλῳ μεγάλῳ Ῥαινέριος βασιλεὺς ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ ἐπειρῶντο ἀποβῆναι· καὶ ὡς οὐχ οἷοί τε ἐγένοντο, ἀπέπλεον ἐπ' οἴκου.

Ἀλφόνσος μὲν οὖν τὴν Λιγύων χώραν καὶ Ταρακῶνος ἐπέτρεψε τῷ ἀδελφῷ, βασιλεῖ γενομένῳ Ναβάρης· τοῦτον γὰρ ἀπὸ Ταρακῶνος ἐπαγόμενοι οἱ τῆς Ναβάρης χώραν ἐνοικοῦντες, ὅτι γυναῖκα ἐγεγαμήκει τοῦ βασιλέως θυγατέρα, καὶ D σφίσιν ἐστήσαντο βασιλέα κατὰ τὰ σφῶν αὐτῶν ἔθιμα. οἱ

subacta, bello persequi aggressus est Iapygiae principem, Mariae reginae filium. accedens igitur, copiis quamplurimis instructus, regionem subiiciebat. princeps igitur Iapygiae necessitate motus legatos misit qui pacem orarent; quam consecutus est. paci autem iunxerunt affinitatem: nam rex filio suo notho, cuius nomen erat Impheruandus, in matrimonium collocavit consobrinam principis Iapygiae, filiam vero principis qui Venozam rexerat. peracto foedere, in quo tenebatur ut in posterum et hospites regique obedientes essent, Iapygiae princeps Parthenopen vocabatur. eo cum venisset, admodum metuebatur ne caperetur ab rege. propter hunc metum, qui adeo magnus erat, phrenesi laborare creditus est.

Hoc modo in Italiam ab Tarracone profectus Alphonsus Sicilia et Neapolitano regno potitus est. cum venisset in Italiam, ibi moratus est, nunc cum Venetis nunc cum Tyrrhenis bella gerens, et foedera pangens. rex Rainerius Ianuensium classe magna ad urbem accessit. cum autem conarentur milites exponere navibus in urbem, nec coepta succederent, re infecta domos rediere.

Alphonsus Ligurum et Tarraconis regionem fratri suo regi Nabaris commisit. hunc enim Nabaris regionis incolae petentes, ab Tarracone, quod regis filiam uxorem duxisset, sibi regem iuxta patriam consuetudinem ordinarunt. nam maxima pars occidentalium tributa quidem

γὰρ πρὸς ἑσπέραν οἱ πλείους σχεδόν τι ἀποφέρονται μὲν καὶ D
τὰς τῶν πόλεων προσόδους, ἀρχὰς δὲ οὐ πάνυ τι αὐτοῖς
ἔξεστιν ἐγκαθιστάναι ἐς τὰς πόλεις ἢ φυλακάς, ἀλλ' αὐτοί τε
οἱ ἐπιχώριοι τάς τε ἀρχὰς μετίασι καὶ φυλακὰς καταστησά-
μενοι τὴν χώραν ἐπιτροπεύουσι, καὶ τὰ πάτρια σφίσι βιάζε-
σθαι οὐκ ἔξεστι τοὺς ἐπιχωρίους τὸν βασιλέα παρὰ τὰ σφῶν
αὐτῶν ἔθιμα. τότε μὲν οὖν, ὡς ἐπαγομένων σφίσι βασιλέα
τῶν Ναβάρης ἀστῶν ἐπὶ τὴν χώραν τὸν Ἀλφόνσου ἀδελφὸν
ἐγένετο αὐτῷ ἀπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ παῖς καὶ ἐτράφη ἀμφὶ
τὰ δώδεκα ἔτη γεγονώς, τὸν μὲν παῖδα κατέσχον αὐτοῦ, τὸν
δὲ βασιλέα ἀπεπέμψαντο, φάμενοι ὡς ἐπεί τε ἐγένετο παῖς,
οὐ μετεῖναι αὐτῷ τῆς βασιλείας ἔτι τοῦ λοιποῦ, ἀλλ' εἰς τὸν P. 145
παῖδα ἀνήκειν. ταῦτα μὲν ὕστερον οὐ πολλῷ ἐγένετο. ὅτε
δὲ ἐπὶ Ἰταλίαν ἀφίκετο Ἀλφόνσος, τόν τε ἀδελφὸν κατέλιπεν
ἐπιτροπεύειν τὴν χώραν αὐτοῦ.

Ἄρχεται δὲ αὕτη ἀπὸ Βαλεντίας τῆς χώρας. καὶ ἡ
Βαλεντία πόλις ἐστὶ μεγάλη τε καὶ εὐδαίμων, καὶ βασίλειά
ἐστιν ἐν αὐτῇ βασιλέως Βαλεντίας. οἰκεῖται δὲ αὕτη ἡ πό-
λις ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν διέχουσα στα-
δίους ἀμφὶ τοὺς ἑπτακοσίους, ἀντικρὺ Σαρδόνος τῆς νήσου.
μετὰ δὲ ἡ Ταρακῶν καλουμένη χώρα διήκει ἔστε ἐπὶ Βαρ-
κενώνην. ταύτης δ' ὡς ἔχεται τῆς Ταρακῶνος χώρας ἐπὶ
Προβεντίαν τὴν Γαλατίαν. ὥστε δεῖ λεγεῖν τοὺς ὅρους τῇδε

7. ἐπαγόμενον P : corr H 22. ὡς] αὖ?

pendunt, nec tamen licet cuiquam urbibus eorum principes dare et praesidium imponere; verum indigenae magistratus creant, et suis praesidiis, non externis regionem defendunt. nec etiam regi licet eos cogere ut praeter patriae suae morem res publicas administrent. ea quidem tempestate, cum cives earum urbium quas Nabares regio complectitur, sibi constituissent regem fratrem Alphonsi, contigit ut ei nasceretur filius ex uxore. qui educatus attigit annum duodecimum. hunc igitur assumentes regionis incolae, regem dimiserunt, dicentes non amplius ei concedi, cum filium habeat, regnum tractare, sed filio regni administrationem nunc competere. haec quidem haud multo post acciderunt. Alphonsus cum in Italiam pervenisset, fratri regionem suam mandavit.

Haec autem initium sumit ab Valentiae regione. Valentia urbs magna est et opulenta; Valentiaeque rex eam regni sui sedem tenet. sita est ea urbs ex adverso Sardiniae, recedens ab Herculis columnarum traiectu septingentis stadiis. huic succedit regio quam Tarraconensem appellant, quae porrigitur usque Barcenonem. huic contermina est Tarraconis regio, et patet usque ad Barcenonem ver-

B τῆς βασιλέως χώρας· τὸ μὲν πρὸς ἕω ὁρίζοιτο ἂν τῇ Γαλατίᾳ τῆς Προβεντίας, τὸ δὲ πρὸς ἑσπέραν τῇ Ἰβηρίᾳ, τὸ δὲ πρὸς ἄρκτον τῇ Ναβάρῃ. Βαρκενὼν δέ ἐστι πόλις τῶν πρὸς ἑσπέραν πλούτῳ τε καὶ δυνάμει ὑπερφέρουσα, διοικεῖται δὲ ἐς ἀριστοκρατίαν τετραμμένη τὸ πλέον, καὶ ὑπὸ βασιλεῖ Ταρακῶνος ἀξιοῖ πολιτεύεσθαι ἐς τὰ πάτρια. ἀντικρὺ δὲ ταύτης Κύρνος ἐστὶ νῆσος εὐδαίμων τε καὶ πολυάνθρωπος, καὶ ἡ περίοδος τῆς νήσου λέγεται ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους σταδίους.
V. 114 ἔστι δὲ παρ' αὐτῇ καὶ νῆσος ἑτέρα, ἡ μείων καλουμένη· αὕτη καὶ ἐν τῇ ὑπὸ τῷ Ταρακώνων βασιλεῖ ταττομένη ἄρχοντα λαμβάνει. Σαρδὼ μέντοι ἡ νῆσος, μεγίστη τε οὖσα καὶ ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους σταδίους ἔχουσα τὴν περίο-
C δον, ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τούτῳ διατελεῖ. δύο δὲ πόλεις εἰσὶν ἐν αὐτῇ εὐδαίμονες, Ὀρτύγιά τε καὶ Σαγέρη· ἡ μὲν πρὸς ἕω τῆς νήσου, ἡ δὲ πρὸς μεσημβρίαν ἔχουσα οἰκεῖται. κουρέλιον δ' ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ οἱ ἁλιεῖς δρέπονται ἀπὸ θαλάσσης τῆς νήσου, καὶ ἐντεῦθεν εἰς τὴν ἄλλην ἀφικνεῖται οἰκουμένην. Ἰβηρία δὲ ὡς ἔχει, ἀρξαμένη ἀπὸ Γαλατίας, ἀφ' ἧς χώρας Κελτίβηρες διαδέχονται καὶ Γασκώνη χώρα, ὑπὸ τῷ Κελτῶν βασιλεῖ διατελοῦσα. μετὰ δὲ τὸ πρὸς ἕω Πεσκαΐων χώρα διαδέχεται, ἐπὶ Ἰβηρίαν διατείνουσα. Ἰβηρία δὲ μεγίστη οὖσα τῶν πρὸς ἑσπέραν χώρα, μετά γε τὴν Κελτικήν,

sus Provinciam Galliae. verum dicere nos oportet regionis limites. versus Orientem Provincia Galliae, versus Occidentem terminatur Iberia sive Hispania. septentrionalis limes est Navarrae regio. Barcenon urbs, Occidentem spectans, divitiis potentiaque excellit. administratur plerumque in aristocratiam conversa. permittitur ei ab Tarraconensium rege suo iure vivere. e regione huius urbis sita est Cyrnus (quae et Corsica), insula opulenta et populosa; cuius ambitus complectitur duo milia stadiorum. nec procul abest alia insula quae Maiorica (seu Minorica potius) dicitur, quae et ipsa subiecta est Tarraconensium regi et ab eodem principem accipit. Sardinia, quae insula maxima existit, cuius ambitus continet quinque milia stadiorum, Tarraconensium et ipsa regi obtemperat et sub eius dicione agit. sunt in hac insula urbes duae opibus florentes, Orestilia et Sagera; quarum una versus Orientem, altera versus meridiem insulae sita est. piscatores huius insulae plurimum lucri ex eo mari ferunt. hinc in aliam urbem pervenitur. Iberia, qua initium sumit ab Gallia, habet finitimos Celtiberos, quibus annexa est Gasconia regio, sub Gallorum rege degens. postea succedit Pescainorum regio, versus Orientem in Iberiam tendens. Iberia, quae post Galliam maxima regio inter Occidentales est, versus Occidentem in Oceanum

διήκει ἐπὶ ὠκεανὸν τὸ πρὸς ἑσπέραν, τὸ δὲ πρὸς ἕω Ναβάρῃ τε καὶ Γαλατίᾳ, καὶ τὸ πρὸς μεσημβρίαν τῇ Πορτουγαλλίᾳ, ἥτις παράλιος οὖσα χώρα ἐπὶ τοῦ ὠκεανοῦ ἐπὶ πολὺ διήκει, καὶ τῇ τῶν Λιβύων τῆς Γρανάτης χώρᾳ· ἐντὸς δέ ἐστι τὸ τοῦ Ἰακώβου ἱερόν. Πορτουγαλλία δεχομένη τῆς Ἰβηρίας διήκει ἐπὶ τὴν ἐντὸς θάλασσαν τοῦ πορθμοῦ ἐπὶ τὴν τῆς Γρανάτης χώραν. τῆς δὲ Ἰβηρίας χώρας, μεγίστης τε οὔσης καὶ εὐδαίμονος, πόλεις εἰσίν, ἐν αἷς τὰ βασίλεια, ἥ τε Λιβήληνα καλουμένη, μεγάλη τε καὶ πολυάνθρωπος, καὶ Κορδύβη Μορσίκη καὶ τὸ λεγόμενον Τολέδον καὶ Σαλαμάγκη. καὶ ἱερὸν δὲ τοῦ Ἰακώβου ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ ἐστὶ παρὰ τὸν ὠκεανὸν καὶ τὴν ἐκτὸς θάλασσαν. διήκει δὲ καὶ πρὸς τὴν ἐντὸς θάλασσαν ἡ τοῦ Ἰβήρων βασιλέως χώρα. Πορτουγαλλία δὲ οἰκεῖται πρὸς τῷ πορθμῷ, ἀπὸ Γρανάτης ἀρξαμένη, ἐπί τε τὸν πορθμὸν καὶ τὴν ἐκτὸς θάλασσαν ἄχρις Ἰβηρίας. Γρανάτη δὲ ἡ χώρα, μεσόγαιος οὖσα, ἐπὶ τὴν Ἰβηρίαν καὶ Γαλατίαν διατείνουσα, οὐ πάνυ τι οὔτε τῇ ἐντὸς θαλάττῃ οὔτε τῷ ὠκεανῷ προσχρῆται. ὁ μέντοι Ἰβηρίας βασιλεὺς μέγιστον δύναται τῶνδε τῶν χωρῶν, καὶ οἴκου ὢν τοῦ Ἀλμηνίου τῆς Γαλατίας, τῶν Λιβύων τὴν τῆς Γρανάτης χώραν ἄγων καὶ φέρων, οὐ παύεται διαπολεμῶν. καὶ φόρον μὲν ἀπάγει ὁ τῆς Γρανάτης Λιβύων βασιλεὺς τῷ Ἰβήρων βασιλεῖ, ὁπότε σπένδοιτο· πολλάκις δὲ ἐπελαύνων πολιορκεῖ τε τὴν πόλιν καὶ

D

P. 146

B

excurrit. ab Oriente Navarram et Galliam habet. versus meridiem panditur in Turtugannam, quae maritima regio est et ad Oceanum se extendit; etiam regione Granata, quae sub Poenorum sive Maurorum imperio est, terminatur. intra hanc Iacobi sepulcrum visitur. hinc Portugalia regio Hispaniae subit, quae se extendit ad mare, quod intra traiectum est, quo venitur ad Granatam regionem. Iberia cum regio sit maxima et ditissima, urbes habet regias, Dibitinam urbem magnam et populosam, Cordubam, Morsicam, necnon Ludum et Salamancam. etiam sepulcrum Iacobi in ea regione, iuxta Oceanum et mare externum, celebre est. ad mare vero internum Iberorum quoque regis terra porrigitur. Portugalia sita est iuxta traiectum, a Granata incipiens, usque ad traiectum et internum mare excurrens, vergit in Iberiam. Granata, quae regio mediterranea est, in Iberiam et Galliam procurrit, nec multum vel interno vel externo Oceano utitur. Iberorum rex in istis duabus regionibus plurimum potest; qui cum sit ortus de familia Almenii Galliae, Granatae regionem, quae Poenorum est, ferens atque agens haud cessat bellum gerere. rex Poenorum, Granatam qui regit, ubi pax composita fuerit, Iberorum regi tributum pendit; qui interdum accurrens urbem obsidet et

τὴν χώραν αὐτοῦ ληΐζεται. ὀρεινὴ δέ ἐστιν ἐπ' ὄρους, ὃ ἀπὸ τῆς ἐντὸς θαλάσσης ἀρξάμενον κατατείνει ἐπὶ τὸν ὠκεανόν, ἐπὶ τὴν Πορτουγαλλίαν χώραν.

Οὗτοι μὲν οὖν οἱ βασιλεῖς πρός τε ἀλλήλους διενεχθέντες τε ἐπολέμησαν πολλαχῇ, καὶ κοινῇ πρὸς τὸν βάρβαρον, τά τε ἄλλα καὶ πρὸς τὸν Ἰβηρίας τοῦτον βασιλέα Ἀλφόνσος ὁ Ταρακῶνος βασιλεύς, πρὶν ἢ ἐς Ἰταλίαν ἀφικέσθαι, ἐπολέμησεν ἀπὸ αἰτίας τοιᾶσδε, καὶ αὐτός τε ἑάλω ὑπὸ στρατηγοῦ τοῦ Ἰβήρων βασιλέως, Ἄλβάρου τοὔνομα, ἔχειν δὲ καὶ τραύματα ξυνέβη ἀμφοῖν. ὡς δὴ συλλέξας στράτευμα, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ναβάρης βασιλέα παραλαβών, ἐστρατεύετο ἐπὶ τὸν Ἰβηρίας βασιλέα, ἐσέβαλεν ἐς τὴν Ἰβηρίαν, ἐπαγομένων αὐτὸν ἐπὶ τὴν χώραν τῶν ἐν τῇ χώρᾳ εὐδοκιμούντων ἐνίων διὰ τὸ πρὸς τὸν Ἄλβαρον μῖσός τε καὶ ἔχθος αὐτῶν· τοῦτον γὰρ ἰδιώτην ὄντα ἀπὸ Ταρακῶνος καὶ ἀπὸ μικροῦ πάνυ ὡρμημένον καὶ ἐπὶ ἀρετῇ ἐπίσημον γενόμενον, ὡς παραχρῆμα ἐπεδίδου μέγα, ὑπὸ πάντων δι' ἀρετὴν τιμώμενον στρατηγόν τε ἀπέδειξε κατὰ τὴν χώραν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ στρατηγίας καθιστάμενος μέγα ἁπανταχοῦ εὐδοκίμει. τότε δή, ὡς παρὰ τῷ Ἰβήρων βασιλεῖ ἐπὶ Ἀλφόνσον πεμφθεὶς σὺν τῷ στρατεύματι, ὑπήντα αὐτῷ καιὰ τὴν χώραν ὡς ἐναντιωσόμενος. ἐπεὶ δὲ ἐπιὼν ὁ Ἀλφόνσος, συμπαραλαβὼν καὶ

regionem populatur. ea autem regio montana est, et a monte qui a mari interno initium sumit, panditur in Oceanum et ad Portugaliae regionem.

Hi reges saepius inter se dissidentes bella gesserunt. interdum copiis coniunctis molem belli omnem in barbarum averterunt. inter caetera etiam bello lacessivit Alphonsus Tarraconensium rex regem Iberorum, priusquam in Italiam venisset. belli autem eius haec assignatur causa. ipse quidem captus est ab Iberorum regis duce, quem Albarum appellabant. uterque tamen vulnera accepit. itaque contractis copiis, et assumpto fratre Nabaris rege, bellum movit contra Iberorum regem, cum adiuvaretur opera quorundam Iberorum nobilium, qui Albarum incitatissimo odio prosequebantur. hunc enim cum humili genere in Tarraconensium regione foret natus et privatam sequeretur vitam, tandem virtute nobilitatum et ab omnibus plurimum honoratum declaravit regionis suae imperatorem. qui imperator creatus, quocunque bellum vertisset, semper gloria coruscans et re bene gesta redibat. itaque cum ab Iberorum rege contra Alphonsum esset missus, haud socordiae locum fore ratus Alphonsus cum exercitu Albaro in regione occurrit, quasi praelii potestatem facturus. postea Alphonsus adhibito in auxilium fratre in Iberiam ingressus est, ut contra regem decertaret. obviam autem procedens

τὸν ἀδελφόν, ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ ἐγένετο καὶ ἐπήλαυνεν, ἐνταῦθα V. 115
αὐτῷ ὑπαντιάσας ὁ Ἄλβαρος ἐστρατοπεδεύετο, καὶ κήρυκα
ἐπιπέμπων προηγόρευεν ἀπαλλάττεσθαι, ἢν σωφρονῇ, ὡς ἔχει
τάχιστα ἐκ τῆς χώρας. καὶ ἀποκριναμένου ὡς οὐκ ἐπὶ τοὺς
ὄνους τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἄπεισιν ἐς νομὴν αὐτοὺς ἄξων, ἀλλὰ
στρατηγήσων αὐτῷ πάρεστιν, ἐς μάχην ἐτάσσετο, καὶ συμβα-
λὼν ἐμάχετο ἀμφοῖν τοῖν ἀδελφοῖν. μάχης δὲ καρτερᾶς γε-
νομένης, ὡς οἱ περὶ Ἄλβαρον ἐτρέψαντο τοὺς Ταρακῶνας,
ἐπεδίωκον ἀνὰ κράτος, καὶ ἄμφω τὼ ἀδελφὼ συλλαμβάνουσι,
καὶ πολλοὺς τῶν Ταρακώνων κατέβαλον ἐν τῇ διώξει. ὡς δὲ
ἀπήχθητον παρὰ τὸν Ἰβήρων βασιλέα ἄμφω τὼ βασιλέε, κα-
κὸν μὲν οὐδὲν εἰργάσατο αὐτούς, ὅρκοις δὲ καὶ πίστεσι κα- P. 147
ταλαβὼν τοῦ λοιποῦ μηδὲν πλέον νεωτεριζειν περὶ τὴν ἑαυ-
τοῦ χώραν, ἀφῆκεν ἀσινεῖς ἀπιέναι. μετὰ δὲ ταῦτα Ἀλφόν-
σος ἀφίκετό τε ἐς Ἰταλίαν, ὡς πρότερόν μοι δεδήλωται, καὶ
ἐπὶ τὴν Σικελίαν, καὶ κατασχὼν τὴν Νεαπόλεως βασιλείαν
πρός τε τοὺς Ἰαννίους ἐπολέμει, ἔνθα δὴ καὶ ἑάλω ὑπὸ τού-
των, ὡς ἐν τῷ ἔμπροσθεν ἐπεξῆλθον λόγῳ, καὶ ἀχθεὶς παρὰ
τὸν Μεδιολάνου ἡγεμόνα αὖθις ἀπελύθη. τὴν μέντοι γυναῖ-
κα αὐτοῦ καταλιπὼν ἐν Ταρακῶνι οὐκέτι πάλιν ἀφίκετο ὀψό-
μενος πολλῶν ἐτῶν, αὐτοῦ δὲ ἐς ἔρωτας τὰ πολλὰ διατρίβων
διεγένετο, χρηματίζων τε ἔρωτι καὶ τοῖς ὅπλοις. ἢ μὲν αὐ-
τῷ τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀπέβαινεν, ὕστερόν μοι δηλοῦται
προϊόντι τῷ λόγῳ ἐς ἀφήγησιν. B

23. δηλοῦνται P

Albarus, misso praecone iussit eum excedere, si sapiat, quam celerrime ex sua regione. cum autem Alphonsus responderet se non accedere ut patris eius asinos in pascua duceret, sed se adesse ut acie dimicet, copias in aciem deduxit, et cum utroque fratre confligens victoria potitus est. cum autem praelium committeretur atrox, Albarus Tarraconenses terga vertere coegit; et fugientes persecutus fratres ambos comprehendit, magnaque Tarraconensium strages facta est. ut reges ambo ad Iberorum regem sunt adducti, nihil mali sunt passi, verum iuramenti religione fides accepta est, ne quid postea novi in sua regione molirentur; et impune dimissi sunt ad sua. postea Alphonsus, ut supra ostendimus, in Italiam et in Siciliam venit; qui ab iisdem captus ad Mediolani ducem, ut antea docuimus, ductus, ab eodem inviolatus et incolumis ad sua remissus est. uxorem suam Alphonsus in Tarracone reliquit, nec multis annis interiectis eo reversus est, ut eam viseret. nam in Italia et Sicilia versabatur, plerumque aut amori aut rei militari operam dans. quomodo ei in Italia res successerint, deinceps dicetur.

Τῷ δὲ βασιλεῖ Ἰβηρίας, περὶ οὗ μοι ἐλέγετο, συνῆπται πόλεμος πρὸς τὸν βασιλέα Λιβύων τῶν ἐν Γρανάτῃ, οἳ δὴ ἀπὸ Λιβύης τὸ παλαιὸν διαβάντες καὶ Μαρέλιαν πόλιν παράλιον τῆς Εὐρώπης κατασχόντες, διέχουσαν ἀπὸ Λιβύης ὡσεὶ σταδίους πεντήκοντα καὶ διακοσίους, καὶ ἐντεῦθεν ὁρμώμενοι τήν τε Ἰβηρίαν σφίσιν ὑπηγάγοντο, καὶ ἔργα λαμπρὰ ἀποδεικνύμενοι ἐπὶ Κελτικήν, τὴν χώραν αὐτῶν ἐπὶ μέγα αὔξοντες, προηγάγοντο καὶ ἐπὶ Ταρακῶνα καὶ Βαλεντίαν. πρὸς τούτους δὴ ἀπὸ τῶν Κελτῶν κατιόντες οἱ τῶν Ἰβήρων βασιλεῖς διεδέξαντο τὸν πρὸς Λίβυας τούτους πόλεμον, ἐς πόλιν ἐχυ-
C *ρὰν συνελάσαντες, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπολιόρκουν, καὶ ἐς δεῦρο ἔτι τελοῦσι τῇ πόλει τε ἐπελαύνοντες αἰεί τε καὶ στρατὸν ἐπάγοντες. καὶ δὴ ὁ τῶν Ἰβήρων βασιλεὺς δόμνος Ἰωάννης, ὃς πρότερόν μοι ἐλέγετο, ἐπελαύνων, προάγοντός τε τοῦ Ἀλβάρου καὶ ἐποτρύνοντος βασιλέα ἐξελεῖν τοὺς Λίβυας, ὡς δὴ καταστρεψόμενος ἐπῆγε τὸν στρατὸν ἐπὶ τὴν πόλιν. ἐνταῦθα ὡς οἱ Λίβυες ἐπολιορκοῦντο δεινῶς καὶ ἐς τὸ ἔσχατον λιμοῦ ἀφίκοντο, ἐς ἀπορίαν ἀπελαθέντες μηχανῶνται τοιόνδε. ἡμιόνους δυοκαίδεκα ἰσχάδων φορτία συσκευασάμενοι ἤλαυνον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον· τὰς δὲ ἰσχάδας ὡς κατὰ μίαν ἑκάστην διασχίζοντες ἐνέβαλον*
D *ἐντὸς χρύσινον ἕνα, καὶ συνετέθειντο αὖθις. τὸ δὲ νόμισμα τῆς Ἰβηρίας χρυσοῦν δύναται χρυσίνους Οὐενετῶν δύο ἕκαστον.*

2. *τῶν*] *τὸν* P 12. *διατελοῦσι?* 15. *καταστρεψάμενος* P
21. *συνετέθηντο* P, *συνετέθουν* R, *συνετέθην* T an *συνετίθουν*?

Regi Iberorum, de quo supra verba feci, bellum fuit cum Granatae rege Poeno. Poeni iam olim traiicientes Mareliam Europae urbem, quae distabat a Libya stadiis ducentis quinquaginta, occuparunt. hinc progressi, Iberiam suo imperio iunxerunt; postea, cum memorabilia ubique facta ederent, etiam contra Galliam bellum promoverunt, mirum in modum res suas augentes. nec etiam ab Tarracone et Valentia abstinuere. Galli igitur adiuncti Iberiae regibus contra Poenos bellum susceperunt, eosque in urbem munitam se recipere compulerunt; urbem vero postea expugnarunt. adhuc hodie ad urbem hanc accedunt, hostiliter incursionem facientes et exercitum interdum adducentes. et sane Iberorum rex dominus Ioannes, ut antea significavimus, contra eos profectus est, praemisso Albaro duce, qui regem ad delendos Poenos inflammabat, et copias urbi admovit. cum autem gravissima obsidione premerentur Poeni famesque intoleranda foret, dubii quid agerent, huiusmodi quid excogitarunt. mulis duodecim ficorum onera imponunt. ficis onusti ad hostium castra feruntur. ficos autem dividentes singulis aureum nummum iniecerunt, divisosque deinde iterum coniunxerunt. nummus vero aureus Hispanorum duobus aureis Venetorum valet. hos igitur ficos

ταύτας δὲ τὰς ἰσχάδας ὡς ἐσκευάσαντο οὕτω καὶ ἐπὶ τοὺς ἡμιόνους ἀνετίθεσαν, ὥστε δύνασθαι φέρειν ἕνα ἕκαστον, ἦλαυνον ἐπὶ τὴν τοῦ Ἀλβάρου σκηνήν. τὸν δέ, ὡς ἐπέγνω τὸ ἐν ταῖς ἰσχάσι χρυσίον, ἐρέσθαι τὸν φέροντα ὅ τι βούλοιτο αὐτοῖς τὸ χρυσίον ἐν ταῖς ἰσχάσιν. ὁ δὲ τοὺς ἡμιόνους ἐλαύνων ἀπεκρίνατο ὡς τὸ χρυσίον τῆς πόλεως συναγαγὼν ὁ βασιλεὺς ἐπιπέμπει, λέγων ὡς ἢν τε ἕλῃς τὴν πόλιν ἢν τε μὴ ἕλῃς, πλέον τούτου χρυσὸς οὐκ ἄν ποτε γένοιτό σοι ἀπὸ τῆς πόλεως. καὶ ἢν ἑξέλῃς τὴν πόλιν, ἀποβαλεῖς ἐσαῦθις ἀπὸ Λιβύης πολλαπλάσιον ἐσόμενον σοί τε καὶ ἡμῖν· ἢν δὲ μὴ ἑξέλῃς τὴν πόλιν, ἕξεις καὶ τοῦ λοιποῦ, ὅσα ἂν ἀπὸ Λιβύης ἐς ἡμᾶς κομίζηται, ταμιεύεσθαι. ταῦτα πυθόμενον λέγεται καὶ Ἄλβαρον, φέροντα τὰς ἰσχάδας, ἀφικέσθαι ἐς P. 148
ὄψιν τῷ βασιλεῖ, καὶ διασχίσαντα τὰς ἰσχάδας τῷ βασιλεῖ V. 116
εἰπεῖν "ὦ βασιλεῦ, τὸ δένδρον ἐκεῖνο, ὃ φέρει τοιοῦτον ἡμῖν καρπόν, οὐ καλῶς ἔχει ἡμῖν ἐκκοπῆναι· τοιούτῳ γάρ τοι καρπῷ οὐκ ἔχοιμεν ἄν ἔτι τοῦ λοιποῦ χρῆσθαι, καὶ ἡμεῖς οὐκέτ' ἂν ἐν δέοντι χρησαίμεθα τῇ εὐδαιμονίᾳ, κατακόρως αὐτῇ ἐμφορούμενοι ἐν τῷ παρόντι. ὁρᾷς ὡς τὰς ἀμπέλους ἀφαιροῦνται ὅσον ἱκανῶς ἔχει αὖθις ἀποδιδόναι καρπόν. ἢν δὲ βιάσηταί τις αὐτήν, οὐκ ἔχει χρῆσθαι αὐτῇ ἐς τὸ δέον." ταῦτα ἀκούσαντα τὸν βασιλέα, ὡς ἔδοξέν οἱ προσφυῆ λέγειν, ἀπαγαγεῖν τὸν στρατόν.

7. πέμπει ἐπιλέγων? 8. πλείων?

cum imposuissent mulis, profecti sunt ad Albari tentorium. qui viso auro, quod ficis conditum erat, agasonem interrogavit "quid sibi vult aurum ficis inclusum?" agaso respondit "rex aurum quod in urbe est collegit omne, dicens, sive ceperis, sive non ceperis urbem, plus auri quam allatum est, haud invenies. et si urbem captam destruxeris, multum auri, quod ex Libya tibi et nobis afferetur, amittes: sin autem urbem non dirueris, poteris in posterum quaecunque ex Libya ad nos devenerunt, quasi thesaurum huc collecta acquirere." haec cum accepisset Albarus, acceptos ficos detulit in conspectum regis, quos diducens et aperiens inquit "arborem istam, quae hunc producit fructum, non censeo exscindendam esse: nam deinceps non amplius fructu isto possemus frui; et nunc saturati in posterum non amplius ista felicitate uti possemus. nam cernis vinitores vineas putare, amputantes tantum inutilia et superflua, ut fructum tandem uberiorem reddant: quodsi eas penitus erúerint, nequeunt earum fructu, cum necesse fuerit, amplius recreari." his auditis rex, quia probabilia dicere videbatur Albarus, iussit eum abducere exercitum.

B Τούτῳ μὲν οὖν ἀγαγόντι τὴν βασιλέως Πορτουγαλλίας θυγατέρα ἐγένετο παῖς Κήρικος τοὔνομα, ἀνὴρ τὰ πολέμια ἀγαθός, ὃς ἐπείτε ἠγάγετο τοῦ Ναβάρης βασιλέως θυγατέρα καὶ οὐκ ἐγένετο αὐτῷ συγγενέσθαι, ἀπεπέμψατο, καὶ δευτέραν ἐσηγάγετο γυναῖκα ἀνεψιὰν αὐτοῦ, θυγατέρα τοῦ Πορτουγάλλων βασιλέως, εἶδος λεγομένην πασῶν τῶν εἰς ἐκεῖνα τὰ χωρία εἶναι καλλίστην, ὑποτιθεμένων αὐτῷ τῶν ἀρίστων ὡς ἢν ἄλλην ἐσαγάγοιτο γυναῖκα, οἷός τε ἔσοιτο συγγενέσθαι. τὴν μέντοι θυγατέρα τοῦ Ναβάρης βασιλέως ἠνάγκασε ἐς τὸ τῶν Ναζηραίων σχῆμα ἰέναι, καὶ ἀπέδωκεν αὐτῇ χρήματα. ὁ δὲ Πορτουγαλλίας βασιλεὺς οἰκίας ἐστὶ τῶν Γαλατίας βασιλέων. συμ-
C βάλλομαι δὲ τήνδε τὴν χώραν ἀπὸ παλαιοῦ πρὸς τοὺς Λίβυας διενεχθέντας τοὺς Κελτῶν βασιλεῖς καταστρεψαμένους ὑφ' αὑτοῖς ποιήσασθαι καὶ παραδοῦναι τοῖς ἐξ αὐτῶν γινομένοις. ὡς δὲ καὶ τὴν Ναβάρης βασιλείαν ἀνήκειν ἐς τὴν οἰκίαν τῶν Γαλατίας βασιλέων νομίζεται, καὶ μηδενὶ ἑτέρῳ ἐξεῖναι παρελθεῖν ἐς τήνδε τὴν βασιλείαν· καὶ γὰρ καὶ τήνδε Κάρουλος ὁ αὐτοκράτωρ καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον βασιλεῖς φαίνονται τήνδε αὐτοῖς καταστρεψάμενοι τὴν χώραν ἀπολιπεῖν τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκίας αὐτῶν ἐσομένοις. τὸν μέντοι ἀδελφὸν Ἀλ-
φόνσου ἐπηγάγοντο ἐπὶ τῷδε τῷ λόγῳ, ὡς ἐπεὶ ἔγημε γυναῖκα τοῦ οἴκου τῆς Γαλατίας, ἢν μὲν γένηται αὐτῷ παῖς,
D τόνδε μηκέτι τοῦ λοιποῦ διατρίβειν ἐν τῇ χώρᾳ, ἀλλὰ τὸν

3. *Γρανάτης* P 10. *ἐπέδωκεν?* 15. *ὡς* P

Huic, cum duxisset regis Portugaliae filiam uxorem, natus est filius nomine Ciricus, vir rei militaris peritissimus. qui matrimonium contraxit cum Granatae regis filia; quam, quia non poterat cum ea concumbere, repudiatam dimisit. uxorem alteram assumpsit consobrinam regis Portugaliae, quae formae venustate omnes, quotquot in istis regionibus agebant, anteibat. hanc sibi associavit consilio optimatum, qui consulebant fore, si aliam uxorem duxisset, ut posset cum ea concumbere, sicuti matrimonium postulat. filiam regis Navarrae coegit habitum Nazaraearum sive monacharum assumere, eique opes ad istud vitae institutum assignavit. rex Portugaliae ortus est ex familia Galliae regum. arbitror autem Gallorum reges belligerantes adversus Poenos quondam regionem istam subegisse et ad posteros suos transmisisse. itaque Navarrae regnum putatur pertinere ad familiam regum Galliae, nec nisi ex ista familia nato licere regnum istud suscipere. nam Carolus imperator, et qui successerunt reges, existimantur regionem illam subiecisse et nepotibus suis reliquisse. Alphonsi autem fratrem tali condicione in regnum admiserunt, ut si ei natus esset filius ex uxore quam duxerat propinquam genere Gal-

his auditis princeps ira exarsit; iraque incensus speculatorem in carcerem duci iubet, ut tandem quid eventurum esset audiret. misit quoque legatum ad regem, qui nequaquam nomine principis satis moderata petebat. volebat namque princeps sibi tradi Isthmum, et regis regionem quae extra Isthmum erat, quam armis subegerat, universam habere avebat. verum propterea poenas regi dedit, legatumque capiens Pherris in vinculis habuit; ipseque, cum medium hiemis foret, contra Peloponnesum copias duxit. legatus ille Chalcocondyles Atheniensis fuit, quem cum in vincula una cum ministris dedisset, Pherris contra Peloponnesum perrexit. Amurates cum in Mingiis castra posuisset, optimates exercitus, qui numero erant sex mille, assumsit; et Isthmum circuivit, ut videret murum, numquid praesidii in eo situm esset ad resistendum. et quidem graviter succensebat Turachani, quia cum ipse censuisset aestate bellum inferendum esse, is hieme rem incipiendam suasisset, quasi Peloponnesiaci non essent vim hostilem expectaturi, verum continuo fugam ingressuri, ubi primum accepissent Amuratem hostiliter accedere. diebus etiam aliquot ea gratia cunctatus est Amurates, quasi princeps Peloponnesi illico deditionem esset facturus. verum cum haec spes fefellisset, descendens

στρατόπεδον τοῦ ἡγεμόνος· τῇ δ' ἐπιούσῃ ἀπεπειρῶντο τῶν ἐν τῷ τείχει, καὶ προσέφερον τὰς μηχανάς. τῇ δὲ τετάρτῃ ἑσπέρας πυρὰ ἁψάμενοι κατὰ τὸ στρατόπεδον, ὡς πλεῖστα ἕκαστος πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σκηνήν, — εἰώθασι γὰρ οὕτω τὸ γένος τοῦτο τῶν Τούρκων, ἐπειδὰν ἐς μάχην μέλλωσιν ἰέναι· πρότριτα ἤδη τῆς ἡμέρας ἢ ἐς τὴν μάχην καθίστανται, πυρά τε καίουσιν ἀνὰ τὸ στρατόπεδον ὅτι πλεῖστα ἕκαστος, B καὶ ὕμνον τινὰ ἀναφαίνουσι τῷ θεῷ καὶ τῷ ἥρωι, δῆλον ποιούμενοι ὡς ἂν μάχην τῇ ὑστεραίᾳ τῆς ἐπιούσης καθίστανται. καὶ τότε δὴ πυρὰ ποιησάμενοι παρεσκευάζοντο ἐς τειχομαχίαν. τῇ δὲ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἑσπέρας τάς τε μηχανὰς προσέφερον, καὶ ὑπὸ πλόκου οἱ σαραχόριδες καλούμενοι, ὃ ἀχρεῖος λοιπὸς ὅμιλος τοῦ λαοῦ. πάρεξ γὰρ τοῦ στρατοῦ ὃς ἑπόμενος τῷ βασιλεῖ τούτῳ στρατεύεται, ἐπάγονται ὅμιλον τά τε σιτία φέροντα ἀπὸ τῶν περιοίκων καὶ τῆς ἄλλης τοῦ βασιλέως χώρας. ἕτεροι ἄλλοι δ' αὖ οἱ Ἀσιανοὶ ἀγιάδες καλούμενοι, πεζός τε ὅμιλος ἐπί τε τὰς χρείας τοῦ στρατοῦ C χρώμενος διατελεῖ, καὶ ἐς τὴν τῶν ὁδῶν κάθαρσιν ἄγεται τούτους καὶ ἐς τὰ στρατόπεδα. δοκεῖ δὲ τὸ τοῦ βασιλέως τοῦτο στρατόπεδον κάλλιστα πάντων δὴ στρατοπέδων ὧν ἡμεῖς ἐθεασάμεθα καὶ ἀκοῇ ἐπυθόμεθα, τά τε περὶ τὰς σκηνὰς καὶ ἐς τὴν τῶν σιτίων ἀφθονίαν κράτιστα μηχανήσασθαι. πρῶ-

3. πυρὰν P 9. ἂν] ἐς? 10. πυρὰν P 15. φέρονται P

castra ad murum transtulit. die deinde postero princeps exercitum bombardis longis petivit. sequenti die eos qui murum defensabant, tentarunt machinas muro admoventes. quarto die tempore vespertino singuli iuxta tabernacula sua ignes fecerunt quam potuere maximos. nam Turcorum est consuetudo, ut ignes plurimos parent biduo ante eius diei in quem pugna collata est. hymnum quendam canunt in honorem dei et herois, significantes quod tertio abhinc die praelium committere velint. tunc igitur ignes excitantes quam potuere plurimos, accingebantur ad oppugnationem muri. quarto autem die Sarachorides, qui inter caeteros inutilis sunt turba, funibus machinas ad murum traxerunt. nam praeter exercitum qui regem sequuntur, adsunt et alii complures, qui frumentum a finitimis in castra subvehunt. sunt in castris et alii ex Asia oriundi pedites, qui Agiades nominantur, quorum opera rex utitur ad itinera purganda et ad castra communienda, necnon ad alia quibus in castris opus est. arbitror autem castra huius regis pulcherrime omnium, quae nos vidimus et audivimus, instrui, quantum attinet ad copiam frumenti necnon ad situm tabernaculorum. nam primum omnium mercatores plurimi comitantur regem istum, qui frumentum equos mancipiaque

τον μὲν γὰρ δὴ ἀγορασίαι ἕπονται τῷ βασιλεῖ μεγάλαι ἔς τε τὰ σιτία καὶ τοὺς ἵππους καὶ ἐς τὰ ἀνδράποδα καὶ ἐς τὴν τοῦ στρατοῦ χρείαν, ὅτου δ' ἄν τι ἐπιδέοιτο, ἐνταῦθα ἀφθόνως τε πολλῶν ἐς τοῦτο παραγινομένων. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ τῶν μεγάλων ὅσοι ἕπονται τῷ βασιλεῖ, ὑποζύγιά τε πάμπολλα ἕκαστος περιάγει ἐς τὴν ἐξέλασιν, οἱ μέν τε καμήλους σιτίων καὶ ὅπλων καὶ κριθῆς τῆς ὑποζυγίων τροφῆς ἱκανὰς ἔχοντες, οἱ δὲ ἡμιόνους, οἱ δὲ συναμφότερα, οἱ δὲ καὶ ἵππους, ὥστε D διπλάσια γίνεσθαι τὰ ὑποζύγια τοῦ στρατοῦ. πάρεξ δὲ τούτων περιάγει ὅμιλον ἀπὸ τῆς χώρας αὐτοῦ σιτίων τε ἕνεκα, καὶ ἐπειδὰν ἐς ἀνάγκην καταστῇ τὸ στρατόπεδον, ἐπιδιελόμενος τοῖς ἀρίστοις τὴν τροφὴν οὕτω χωρεῖ ἐφ' ὅ τι ἂν γένοιτο. σκηνὰς δὲ ἔτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τοῦ βασιλέως ἴδοι ἄν τις ἐς μυρίας, καὶ πλείους καὶ ἐλάσσους τούτων, ὡς τυγχάνει στρατευόμενος.

Τότε μὲν δή, ὡς ἐτάχθησαν σαραχόριδες ἐς τοὺς Ἕλληνας, ἐπειρῶντό τε αὐτῶν καὶ ἐμάχοντο ὡς . . . . τῆς ἐρεθίζοντες ἐπὶ μάχην καὶ ἐπαγρυπνοῦντες. ὡς δὲ ἠὼς τε ἤδη 1446
ὑπέφαινε, κύμβαλά τε καὶ αὐλικὰ καὶ σάλπιγγες τοῦ βασι- d. 7 Dec.
λέως (καταφανεῖς δέ εἰσι τῷ μεγέθει τῶν ἠχῶν) ἀναδηλῶν P. 183
ὡς μάχη τε ἤδη γίνεται. καὶ ἕκαστοι παρασκευασάμενοι ἐπῆεσαν ἐς τὸ τεῖχος, αὐτίκα τειχομαχοῦντες κατὰ τὸ ἰσχυρόν. βασιλεύς τε αὐτὸς καὶ οἱ νεήλυδες κατὰ τὸ μέσον τοῦ Ἰσθ-

4. πολλῷ P 20. ἀνεδήλουν?

emunt, necnon reliqua quibus indiget exercitus. hinc rerum omnium exercitui dives copia est. praeterea magnates qui comitantur regem, singuli plurima in expeditionem adducunt iumenta. quidam adducunt camelos, qui arma frumentum et hordeum, ut pabulum sit iumentis sufficiens, portant. quidam equos, quidam mulos, quidam tam equos quam mulos in expeditionem agunt. horum autem tantus est numerus ut duplo iumentorum numerus hominum numerum exsuperet. comitantur regem alii plurimi ab sua regione, quorum usus in frumentationem maximus est. si necessitas aliqua ingruerit exercitui, alimenta in optimates distribuit, et sic proficiscitur. tentoriorum quis cernat in castris regis plerumque decem milia, plus minusve respectu expeditionis.

Eo quidem tempore sarachorides oppositi Graecis eos pugnando tentabant * * * totamque noctem ducebant insomnem, ut ad praelium Graecos incitarent. ut aurora illuxit, signa canere iubet rex: cymbala cornua tubaeque pugnam iam fore maximo sono significabant. Turci instructi occipiebant murum oppugnare quam fortissime. rex et peregrini armati in acie instructa stabant in medio Isthmi, ubi

μοῦ, ἥπερ ἐσκήνουν, καθίσταντο ἐς μάχην, καὶ κλίμακάς τε προσέφερον, καὶ διορύσσοντες τὸ τεῖχος ἠγωνίζοντο ὡς ἐξαιρήσοντες. καὶ τούς τε τηλεβολίσκους ταύτῃ ταξάμενος οὐκ
V. 143 εἴα τοὺς Πελοποννησίους προκύπτειν. δεινὸν γάρ τοι ὁ τηλεβολίσκος, καὶ οὐδὲν τῶν ὅπλων ἀντέχει ὥστε μὴ διαχωρεῖν διὰ πάντων καθικνούμενος. δοκεῖ δὲ καὶπειδάν τι αὐτῷ ἀντέχῃ, τότε δὴ μάλιστα καθικέσθαι ἐπὶ πλέον, ἐπεὶ ἔς τε βάμ-
B βακα καὶ κρόκην καὶ τὸ ἔριον οὐκ ἂν οὕτω καθίκοιτ' ἂν ἐπὶ πολύ. ἐπεὶ δ' ἐν ἀδείᾳ τε ἐγένοντο οἱ νεήλυδες, καὶ τάς τε κλίμακας ἐς τὸ τεῖχος ἐνεγκάμενοι ἀνέβαινον, καὶ ὑπερέβησαν ταύτῃ ᾗ ἐθεᾶτο ἐτοὼς ὁ βασιλεύς, ἀνέβη ἐπὶ τὸ τεῖχος νέηλυς Χιτήρης, Τριβαλλὸς τὸ γένος, καὶ εἷλέ τε τὸ τεῖχος, καὶ τοὺς ταύτῃ διωσάμενος ἐς φυγὴν ἐτρέψατο. οἱ δὲ ὡς ἀπολιπόντες τὴν τάξιν κατέβαινον ἐνταῦθα, καὶ πλησίον ἐς δέος τε ὑπὸ θεοῦ καθίσταντο καὶ ἀπειρίας, καὶ οὕτω ἐποίουν· φεύγοντες γὰρ ᾤχοντο. καὶ οἱ παρὰ τούτους αὖθις τεταγμένοι, οὐκ εἰδότες ὅ τι ξυμβαίνει χαλεπόν, ᾤχοντο φεύγοντες. καὶ οὕτω πάντες ἀπολιπόντες τὸ τεῖχος ἔφευγον οὐδενὶ κόσμῳ. οὗτοι δ' οἱ
C Τοῦρκοι ἐπεισπεσόντες ταύτῃ τε ᾗ ἐάλω ὑπὸ τοῦ νεήλυδος, καὶ τῇ ἄλλῃ ᾗ κατέβαλλον διορύσσοντες, καὶ διὰ τῶν πυλῶν εἰσεχέοντο καὶ ἔτρεχον. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων τραπόμενοι διήρπαζον τὰ τῶν Ἑλλήνων ἔπιπλα, ἐσθῆτάς τε καὶ τὴν ἄλλην εὐδαιμονίαν· οἱ δὲ ἐπὶ τοὺς ἄν-

14. καὶ] καὶ οἱ? 18. οὕτω?

castra posuerant. scalas expediebant, murum suffodiebant, fortiterque praeliabantur, ut murum occuparent. huc etiam bombardarios consistere iusserat, qui bombardis prospectum Peloponnesiacis adimebant. bombarda namque res est admodum violenta, nec arma resistere bombardae impetui possunt, verum omnia penetrat. tum etiam magis permeat, quando corpus aliquod resistens fuerit nacta, si quidem crocum lanamque non pervadit. cum peregrini iam tuti ab periculo starent scalasque muro addidissent, murum scandebant eo loci ubi spectator oppugnationis aderat rex. primus itaque in murum evasit, eumque cepit peregrinorum de numero Chiteres, Triballus genere; eosque qui resistebant, in fugam coniecit. hi autem ordine relicto abibant, cum metus maximus ab deo et imperitia ipsis incuteretur: nam formidine agitati in fugam effundebantur. praeterea illi qui his proxime steterant, nescii quid mali suis accidisset, fugientes abibant. tandem omnes deserto muro sine ordine fugerunt. Turci irruentes, qua murus ab Chitere superatus erat, et alii qua murum suffodientes straverant, necnon per portas irrumpebant. quidam ad castra Graecorum ferebantur, Graecorumque sup-

δρας τραπόμενοι τοὺς μὲν αὐτῶν ἔφθειρον τοὺς δὲ καὶ ἐζώγρουν, ἐς ἀνδραπόδων μοῖραν τιθέμενοι. καὶ φόνος τε ἦν πολὺς τῶν φευγόντων.

Περὶ δὲ τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνας τοιάδε ἐγένετο. ὡς γὰρ ἐώρων φεύγοντας τοὺς Ἕλληνας ἀνὰ κράτος καὶ οὐδενὶ κόσμῳ, ἐπειρῶντο μὲν πρώτιστα κατέχειν, ὡς δ' οὐκ ἠδύναντο, καὶ αὐτοὶ φεύγοντες ᾤχοντο, ἐπὶ μὲν Κόρινθον οὐκέτι (ἤδεσαν γὰρ ὡς πολιορκησόμενοι ἁλώσοιντο ἐνταῦθα, τῆς τε D τροφῆς ἱκανῆς οὐκ οὔσης ἐν αὐτῇ καὶ ἄλλης παρασκευῆς), ἐπὶ δὲ τὴν μεσόγαιον ἐπειγόμενοι ἔφθασαν γενόμενοι ἐπὶ τὴν ἄκραν Λακωνικὴν τῆς Πελοποννήσου, καραδοκήσοντες ἢ μέλλει χωρήσειν ὁ βασιλεύς. αὐτοί τε γὰρ ἐς τὴν θάλασσαν διενοοῦντο ἐς τὸ πρόσω πίπτειν, ὡς ἦν ἐπίῃ ἐλαύνων, ἐς τὴν θάλασσαν ἀφιξόμενοι καὶ ὑπεκστησόμενοι τῆς χώρας αὐτῷ. ἤδεσαν γὰρ ὡς τῷ Ἰσθμῷ τὰ Πελοποννήσου πράγματα διεφθάρη ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ ὅπλα καὶ ἄνδρες καὶ οὐδὲν ὅ τι ἄξιον λόγου ὑπελείφθη ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ ἀκροπόλεσι, καὶ οὐκέτι ἤλπιζον περιέσεσθαι σφίσι τὴν ἀρχὴν τοῦ λοιποῦ, ἀλλ' οἴχε- P. 184 σθαι σφίσι τὰ πράγματα ἀπολλύμενα.

Ἀμουράτης δὲ ὡς κατέσχε τὸν Ἰσθμόν, καὶ ἐπεὶ ἐγένετο ἐντὸς τῆς Πελοποννήσου, πρῶτα μὲν ἐς τριακοσίους τῶν αἰχμαλώτων, οὓς ἀποφυγόντας τῆς νυκτὸς ταύτης ἐς τὸ ὄρος τὸ

11. καραδοκήσαντες P

pellectilem et reliquam felicitatem diripiebant. quidam versi in hostes quosdam necarunt, quosdam vivos ceperunt, et ad mancipiorum condicionem redegere. caedes fugientium edebatur maxima.

Verum quid Graecorum ducibus contigerit, audiamus. hi ubi conspicati sunt Graecos fugam arripere, primo eos retinere conabantur. cum autem in fugam effusos inhibere non possent, aufugerunt et ipsi, non tamen Corinthum. certi enim erant, si obsiderentur Corinthi, se facile expugnatum iri, cum haud sufficiens eo comportatus esset commeatus, nec alius belli apparatus. celeri autem fuga contenderunt ad mediterraneam regionem; iamque praeveneraut hostes, et in summa Laconia Peloponnesi expectabant quonam profecturus esset rex. decreverant namque in mare profugere et regione cedere, si Amurates cum exercitu adventaret. noverant namque Peloponnesiacorum res ab rege planissime contusas esse. nec arma nec viri, nec quicquam amplius memoratu dignum vel in urbibus vel in arcibus reliqui erat. nec sperabant in posterum Peloponnesi principatum sub se futurum, sed augurabantur se Peloponnesi res omnes amissuros.

Amurates ut Isthmum occupavit et in Peloponnesum venit, primum quidem circiter trecentos captivos, qui nocturna fuga in montem

ὑπὲρ τὰς Κεγχρέας, ὀξὺ δὲ καλούμενον, κυκλωσάμενοι εἶλον ἁπάτῃ πάντας, εἰς ἕνα χῶρον ἀπαγαγὼν κατέσφαξε· μετὰ δὲ ὠνησάμενος ἀνδράποδα ἐς ἑξακόσια θυσίαν ἀνῆγε τῷ ἑαυτοῦ πατρί, ἐξιλεούμενος τῷ φόνῳ τῶν ἀνδρῶν τούτων. ἐντεῦθεν δὲ ἐπιδιελόμενος τὸ στράτευμα, καὶ τὸ μὲν παρα-
B δοὺς Τουραχάνῃ τῷ Θετταλίας ὑπάρχῳ ὡς ἐμπείρῳ τε ὄντι καὶ μάλιστα δὴ Τούρκων ὡμιληκότι τῇ Πελοποννήσῳ, καὶ τῶν νεηλύδων ἀμφὶ τοὺς χιλίους, ὡς διὰ τὴν μεσόγαιον ἐλαύνειν, αὐτὸς δὲ διὰ τῆς Σικυῶνος ἤλαυνεν εὐθὺ τῆς Ἀχαΐας. ἀφικόμενος δὲ ἐς Σικυῶνα, τὴν μὲν πόλιν, ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ὁ Ἰσθμὸς ἑάλω, ἐπέδραμέ τε ὁ στρατὸς τοῦ βασιλέως, καὶ ἠνδραποδίσατο σύμπασαν ἄρδην τὴν πόλιν. ἀπόντων δὲ τῶν ἀνδρῶν ἐς τὸν Ἰσθμόν, καὶ οὐδὲ ἐν ὀχυρῷ ᾠκημένης τῆς πόλεως, ταύτην μὲν εὐθὺς τότε ἠνδραποδίσαντο, καὶ ἐπὶ πλεῖσιον ἦλασαν τῆς Πελοποννήσου, τούς τε ἡγεμόνας διώκοντες
C καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, ὡς ἄλλος ἄλλῃ ᾤχετο φεύγων. τὴν
V. 144 μὲν πόλιν κενήν τε κατέλαβε, καὶ τὴν ἀκρόπολιν ἐπολιόρκει. ἐνῆσαν δ' αὐτόθι Μουλγέριός τε Ἕλλην καὶ ἄλλοι μετ' αὐτοῦ τινὲς Ἑλλήνων οὐ πολλοὶ σὺν γυναιξί τε ἅμα καὶ παισίν. ἐπεὶ δ' ὑπορύξας ἔθει τὴν ἀκρόπολιν, ἐνταῦθα ἐς ὁμολογίαν ἀφικόμενος ὁ τῆς ἀκροπόλεως φύλαξ παρέδωκέ τε αὐτὸν καὶ τὴν ἄκραν. τούτους μὲν δὴ καὶ γυναῖκας καὶ παῖ-

supra Cenchreas situm, quem Oxi vocant, evaserant, quasi indagine circumdari iussit. omnes capti sunt; doloque in unum locum abducti, crudeliter occisi sunt. postea Amurates emit mancipia numero sexcenta, quae ad sacrificium duxit in honorem patris sui, volens enim expiare caede virorum occisorum. his ita peractis exercitum divisit. partem exercitus Turachani Thessaliae praefecto tradidit, qui rei militaris habebatur peritissimus et plurimum conversatus erat cum Turcis Peloponnesi. dedit eidem de numero peregrinorum mille milites, ut his instructus profectionem per mediterraneam regionem faceret. ipse quidem rex per Sicyonem iter faciens recta in Achaiam contendit. urbem eo die, quo Isthmus in potestatem venit, regius exercitus aggressus est; captamque diripuit universam. aberant enim oppidani, profecti in Isthmum. nec admodum in munito loco urbs sita erat. quapropter eam continuo diripuere: et maximam Peloponnesi partem peragrantes, persecuti sunt bello duces et reliquos Graecos. cum autem hostium alius alio, ubi se tutum putabat, palantes dilaberentur, urbem defensoribus vacuam in potestatem redigit, obsidioneque arcem premere statuit. erant in ea arce Mulgerius Graecus et alii quidam Graeci non multi cum liberis et uxoribus. Turci igitur suffodientes arcem, cum Mulgerius

δας ἐς Ἄγγιον πόλιν εὐδαίμονα ἀπέστελλε, τῆς δὲ πόλεως ἐνεπίμπρα τε τὰς οἰκίας. καὶ τοῦ πρόσω ἐχόμενος ἀφίκετο ἐπὶ Πάτρας τῆς Ἀχαΐας πόλιν εὐδαίμονα. ταύτην μὲν οὖν ἐξέλιπον οἱ ἄνδρες ἐς τὴν καταντικρὺ ἤπειρον τῶν Οὐενετῶν, D καὶ πλὴν τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις, οἳ ἐναπελείφθησαν ἀφροσύνῃ χρησάμενοι, οἱ δ' ἄλλοι πάντες ᾤχοντο φεύγοντες. ἦσαν δ' οἱ ἐναπολειφθέντες ἐς τετρακισχιλίους. τοὺς μὲν οὖν τῶν βασιλείων ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας παρεστήσαντο ὁμολογίᾳ, καὶ ἐς ἀνδράποδα διελόμενος τήν τε ἀκρόπολιν ἐπολιόρκει καὶ τούς τε νεήλυδας ἔπεμψεν ὡς ἐλοῦντας. καὶ οὗτοι προσέβαλλόν τε τῷ τείχει καὶ ὑπορυξάμενοι εἰσέπιπτον. οἱ δὲ Ἕλληνες ῥυτίνην καὶ πίσσαν πυρὶ ἁψάμενοι κατὰ ὀπὴν τούς τε νεήλυδας ἐξεκρούσαντο ἀμυνόμενοι καὶ P. 185 ἐκράτυνον τὴν ἀκρόπολιν. Ἀμουράτης μὲν δή, ὡς Τουραχάνης ἐντεῦθεν ἀφικόμενος καὶ ἀνδράποδα ὡς πλεῖστα ἀγόμενος παρεγένετο αὐτῷ, ἐνταῦθα ἐπαναζεύξας ἀπήλαυνε. μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον σπονδάς τε ἐποιήσατο, καὶ ὑπόφορον ἔσχον τὴν Πελοπόννησον τὸ ἀπὸ τοῦδε οἱ Ἕλληνες μέχρι τούτου, τὸ πρὶν ἐλευθέραν οὖσαν. τὴν μὲν οὖν πόλιν τῶν Θηβῶν πειρώμενον ἐπιέναι βασιλέα ἐπὶ Πελοπόννησον ἐξέλιπόν τε, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐξαναστάντες ᾤχησαν ἐν τῷ Ἰσθμῷ, οἵ τινες δὴ καὶ ἑάλωσαν ὑπὸ Τούρκων. ἡ δὲ ἐκτὸς

nullam salutis spem affulgere cerneret, se ipse et arcem Amurati tradidit. hos quidem cum liberis et uxoribus misit Angium, urbem opulentam. ipse vero aedificia urbis captae incendit. quo facto ulterius profectus venit Patras, Achaiae urbem opibus florentem. oppidani urbem istam deseruerant, abeuntes in continentem Venetorum, quae ex opposito erat. remansere tamen quidam in arce et in regia: stulti quidem, cum reliqui sibi fuga consulerent, ipsi se in grave discrimen praecipitarunt. erant autem numero quater mille. viros igitur et mulieres quae in regia erant, pactionibus Amurates in fidem accepit, omnesque in mancipiorum album rettulit. hinc arcis oppugnationem auspicatus est, peregrinosque misit, ut eam subito caperent. hi summa vi impetum in murum dantes eumque suffodientes in arcem irrupere. Graeci resinam et picem incensam per foramina iaculantes, peregrinos expulerunt acerrime repugnantes, arcemque et murum reficientes et optime munientes. Amurates, ubi advenit Turachanes vehens maximam hominum aliarumque rerum praedam, cum exercitu discessit, nec multo post pacem cum Graecis fecit. ex eo inde tempore Peloponnesus, quae prius libera erat, regi tributaria facta est. Thebas Thebani, cum hostiliter accederet rex, deseruere, et in Isthmum se contulere, quasi ibi habitaturi; qui tamen ab Tur-

B παιδὶ ἐπιτρέψαντα αὐτὸν οἴχεσθαι ἐς τὴν Ἀσίαν, διατρίψοντα σὺν τοῖς ἱερεῦσι καὶ τοῖς παρ' αὐτοῖς καλουμένοις Ναζηραίοις, προσευχόμενον τῷ ἥρωι καὶ ἀνάγοντα θαμὰ τὴν θυσίαν. ὡς δὲ περιεγένετό τε Παιόνων καὶ τὸν Παιόνων βασιλέα ἐξελὼν ἐκομίζετο ἐπ' οἶκον, τόν τε παῖδα αὐτοῦ τὸν νεώτερον Μεχμέτην μετεπέμπετο ἐπὶ τὴν ἀρχήν· ὁ γὰρ πρεσβύτερος αὐτοῦ Ἀλαδίνης οὐκέτι περιῆν, ἀλλ' ἐτετελευτήκει ὑπὸ ἵππου ἐκτραχηλισθείς, κυνηγετοῦντος αὐτοῦ καὶ ἐπιθέοντος ἀνὰ κράτος ἐπὶ τὴν ἔλαφον. οὗτος μὲν οὖν οὕτως ἐτελεύτησε, Μεχμέτην δὲ τὸν νεώτερον παῖδα περιόντα, ὡς C ἐλέγετό μοι. τότε ἐπὶ τὴν ἀρχὴν μετεπέμπετο. ὡς δὲ ἀφίκετο, ἐπιτρέψας αὐτῷ τὴν ἀρχὴν καὶ τὰς θύρας καὶ τοὺς νεήλυδας αὐτὸς ᾤχετο διαβὰς ἐπὶ τὴν Ἀσίαν, ἐς Προῦσαν, ἣ τὰ τῆς Ἀσίας βασίλεια ἦν. τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν ἀποθέμενος μετὰ ζιχίδων τῶν παρ' αὐτῶν Ναζηραίων καὶ σειτίδων καὶ τῶν τοῦ γένους σοφῶν πολλὰ διέτριβεν· οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον μετέμελέ τε αὐτῷ ἀπιόντι ἐκ τῆς ἀρχῆς καὶ ἰδιωτεύοντι. ὡς δὲ οὐκ ἠνέσχετο, ἔπρασσεν ὅπως ἐπανιὼν τὴν ἀρχὴν κατάσχοι καθ' ἡσυχίαν, ὡς δὲ μὴ ἐς διαφορὰν ἀφικνουμένου αὐτῷ τοῦ παιδὸς κινδυνεύοι αὐτῷ τὰ πράγματα, καὶ αἰτίαν ἔχοι πρὸς τοῦ γένους οἷα ποιεῖ. ἔπρασσε δὲ ὅπως ἐπανέλθοι μετὰ Χαλίλεω τοῦ Πραΐμεω, ἀνδρὸς συνήθους αὐτῷ

20. αὐτοῦ τοῦ παιδὸς κινδυνευομένῳ P

filio, et abiturum in Asiam, ut ibi vitam traduceret admixtus sacerdotibus et Nazaraeis, et culturum frequenter Heroem, eique immolaturum. cum igitur Pannonibus victoriam extorsisset, rege eorum perempto domum rediit, filiumque iuniorem accersivit ad regni gubernacula. nam filius eius Aladines natu maximus haud amplius superstes erat, sed naturae debitum exolverat, praecipitatus ex equo in venatione, cum persequeretur cervum. is quidem in hunc modum occubuit. Mechmetem autem iuniorem ad regni moderamen vocavit. cum autem venisset vocatus, regnum et ianuas necnon peregrinos pater eius fidei committens ipse profectus est Prusam, ubi Asiae sedes regia est. abdicato igitur regno cum Zichidis, qui Turcorum Nazaraei sive monachi sunt, et cum Seitidis necnon cum reliquis doctis conversatus est. nec multo post poenituit virum, quod regno relicto nunc privatam sequeretur vitam. cum autem praesentem vitae condicionem haud ferre posset, consilia agitavit, qua ratione citra tumultum regiam dignitatem reciperet. sedulo enim praecavebat ne, si filius sentiret quid ipse moliretur, bellum exoriretur, cuius ipse auctor ab Turcis haberetur. quae quidem facere instituit, ad finem deduxit, videlicet ut rediret ad regnum opera et industria Chatitis

ἐς τὰ μάλιστα καὶ οἱ ἐπιτηδείως ἔχοντος αἰεί. αὐτὸς μὲν D
οὖν ἔπεισε τὸν παῖδα ἐς ἄγρας φοιτῶντα γυμνάζεσθαι ὡς
κάλλιστα ἐφ' ἵππου· καὶ ἐπειδὴ ἔπειθε, κρύφα ἔπεμπε τῷ
πατρὶ αὐτοῦ, μηδὲν δεδιότα, ἄφνω ἐς τὴν ῥητὴν αὐτῷ
ἡμέραν ἀφικόμενον ἐς τὰ βασίλεια τῆς πόλεως χρηματίζειν
τοῖς ἐν τῇ πόλει ὡς βασιλέα. ὁ μὲν οὖν, ὡς ὑπετίθετο, ἐς
ἣν αὐτῷ συνέθετο ἡμέραν, παρεγένετό τε ἀπόντος αὐτῷ τοῦ
παιδὸς ἐς τὴν ἄγραν καὶ κυνηγετοῦντος, παραγενόμενός τε
κατέσχε τὴν βασιλείαν, χρηματίζων τοῖς ἐν τῇ πόλει τῶν θυ- V. 146
ρῶν ὡς βασιλεύς. ὁ μέντοι παῖς αὐτῷ ὡς ἤσθετο ἐπανιόν- P. 187
τος τοῦ πατρὸς αὐτῷ ἄφνω, οὐκ ἔχων ὅ τι χρήσαιτο τῷ
πράγματι, προσήει τε καὶ προσεκύνησε· καὶ τὸ ἀπὸ τοῖδε
παρῆγεν αὐτῷ ἐς ἣν ἂν στρατεύηται χώραν. τὸν μέντοι παῖ-
δα οὐκ ἐλάνθανεν ὡς αὐτῷ ταῦτα εἴη διαπεπραγμένος Χαλί-
λης ὁ Πραΐμεω, καὶ ἤχθετό τε ἄξίως, οὐ μέντοι γε ἀνεδήλου
αὐτῷ τὴν ὀργήν· ἤδει γὰρ μέγα δυνάμενον παρὰ τῷ πατρί.

Τότε μὲν οὖν ἐς τὴν Ἀμουράτεω ἐπάνοδον ἐπὶ τὴν βα-
σιλείαν οὕτως ἐγένετο· ἐπεὶ δὲ ἀπήγαγε τὸν στρατὸν ἀπὸ
τῆς πρὸς τὸν Ἰόνιον Μακεδονίας τῆς τῶν Ἀλβανῶν χώρας,
τοῦτο μὲν τὸ ἔτος διέτριβεν ἐν τοῖς Εὐρώπης βασιλείοις ἡσυ-
χίαν ἄγων, τῷ δ' ἐπιόντι ἐνιαυτῷ αὖθις, ἐπεὶ περιαγγέλλει B
τῷ στρατεύματι ἕπεσθαι, ἐστρατεύετο αὖθις ἐπὶ Σκενδέρην

11. τῷ om P

filii Priami, quo familiariter utebatur et cum quo ei artissima intecesserat necessitudo. Chatites ergo ubi sententiam Amuratis satis intellexit, puerum Mechmetem venatum ire iubet, ut se quam pulcherrime ex equo exerceret. qui dicto audiens venatum abiit. interea Chatites nuntium mittit ad patrem, quem subito dicta die nihil veritum in urbis regiam venire et ius dicere ut regem civibus iubet. Amurates, quemadmodum iussus erat, filio venatione occupato ad praestitutam diem advenit. adveniens regnum invasit; civibus ianuisque ut decet, ius dixit. filius ut accepit patrem mutata voluntate regnum recepisse, nesciens quid ageret in praesenti negotio, tamen accessit patremque regem adoravit, eumque secutus est, quocunque militatum abiisset. nec latuit Mechmetem opera Chatitis patrem quam maxime adiutum ista egisse. et quamvis Chatiti merito irasceretur, iram tamen ostendere noluit, veritus viri potentiam, qua plurimum pollebat apud patrem Amuratem.

In hunc modum eo tempore propter patris in regnum reditum filius affectus erat. postquam autem exercitum abduxit ab Macedonia, quae versus Ionium patet, quae Albanorum regio est, per eum annum in Europae regia quietem agens mansit. ineunte deinde anno iterum expeditionem sumpsit contra Scenderem Ibanis filium et con-

τὸν Ἰβάνεω καὶ ἐπὶ τὴν ταύτῃ κατὰ τὸν Ἰόνιον Ἀλβανῶν χώραν, καὶ ἐπήει πολλῷ θυμῷ ὡς ἐξελῶν τε τὴν Κρούην καὶ αὐτὸν Σκενδέρην ἐξαιτησόμενος τοὺς Οὐενετούς, καὶ ἢν μὴ ἀποδοῖεν αὐτόν, ὡς πολιορκήσων τὴν πόλιν ἐς ἣν αὐτὸς καταφυγὼν ἐσῄει. ἐπεὶ δὲ εἰσέβαλεν, ἐπορεύετο ἰθὺ ἐπὶ τὴν Κρούην, καὶ τήν τε χώραν, ὅδη ὑπελείπετο τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἀσινής, ἐπέδραμέ τε αὐτοῦ τὰ στρατεύματα, καὶ ἐπέκαον πῦρ ἐνιέντες, ὅτῳ ἂν αὐτοῖς περιτύχοιεν. ἐπέδραμε δὲ καὶ ἄχρι τοῦ ποταμοῦ τοῦ . . . . τὰ στρατεύματα· τὴν δὲ ἐπέκεινα τοῦ ποταμοῦ χώραν οὐχ οἷά τε ἦν ληΐζεσθαι διὰ τὸ ἄβατον εἶναι πάντῃ τοῖς βασιλέως ἱπποδρόμοις. καὶ οὗτοι μέν, τάς τε γυναῖκας καὶ παῖδας ὑπεκθέμενοι ἐς τὰ ἐχυρὰ τῶν Οὐενετῶν, συνελέγοντο ἐς τὸ ὄρος τὸ ὑπὲρ τὴν Κρούην πόλιν αὐτῶν. ἐνταῦθα δὲ ὑπεξαγαγὼν τὰς γυναῖκας καὶ τὰ παιδία κατέθετο ἐς τὰς τῶν Οὐενετῶν πόλεις, τοὺς δὲ ἄνδρας κατέλιπεν ἐν τῇ πόλει ἀμυνουμένους καὶ τὰ τείχη φυλάξοντας, καὶ τούτους ἐπιλεξάμενος τοὺς ἐθέλοντας αὐτοὺς ὑποστῆναι τὸν ἀγῶνα. Ἀμουράτης μὲν οὖν τάς τε τηλεβόλους παρεσκευάζετο καθεζόμενος ὡς τὸ τεῖχος καθαιρήσων, καὶ παραμένων ἅμα σὺν τοῖς νεήλυσιν ἐς τὴν πόλιν· ἐπεὶ δὲ αὐτῷ τὰ πάντα παρεσκεύαστο, ἔτυπτε τὸ τεῖχος τηλεβόλοις καὶ κατέβαλε μέρος πολύ. Σκενδέρης δὲ ἀπὸ τοῦ ὄρους πυρά τε

tra eam quae isthic sita est Albanorum regionem, cum iussisset universos exercitus instructos et paratos praesto esse. plenus igitur irarum proficiscebatur versus Cruam, quasi eam vi expugnaturus. praeterea in animo habebat expostulare cum Venetis, ut Scenderem traderent: quod si facere omitterent, se obsessurum urbem quamcunque Scenderes fugiens intrasset. ut regionem hostilem est ingressus, recta contra Cruam properabat, et in eam regionis partem, quam antea intactam et inviolatam ab populationibus reliquerat, suos milites incursionem facere iubet. qui dicto audientes incendiis omnia, ignem iniicientes, miscuere. et hanc regionem misere vastarunt usque ad flumen * * verum regionem ultra flumen sitam populari nequivere, quia regiis equitibus haud erat pervia. Albani autem uxoribus et liberis in munita Venetorum loca ablegatis colligebantur in montem, qui Cruae urbi imminet. hinc Scenderes educens uxores et liberos, deponebat eos in urbes Venetorum. viri vero relinquebantur in urbe, ut resisterent hosti moeniaque defensarent. et hi potissimum huic negotio destinabantur, qui volentes, non coacti, praelium subire cupiebant. Amurates bombardas expediebat, assidens ut murum disiiceret. et deinde cum peregrinis irrumpens urbem sui iuris faceret. omnibus autem, quemadmodum oppugnatio requirebat, comparatis,

ἔκαυσεν, ἐπιδεικνύμενος τοῖς ἐν τῇ πόλει, καὶ ἐπειδὰν χρεία ᾖ παρεσόμενος καὶ αὐτὸς ἐπιβοηθήσων, καί τινων τῶν τοῦ βασιλέως ἀναβάντων ἐπὶ τὸ ὄρος προσέβαλέ τε καὶ ἐμάχετο, ἔργα ἀποδεικνύμενος ἄξια λόγου. ἐπεὶ δὲ τῷ βασιλεῖ ἤδη ἱκανῶς καταβέβλητο τὸ τεῖχος, ἐς μάχην καθῆστο πανστρατιᾷ, καὶ ἐπειρῶντο οἱ νεήλυδες ἐλεῖν ταύτῃ ᾗ ἔκειτο τὸ τεῖ- P. 188
χος ἐπὶ γῆς· οὐ μέντοι ὑπερεβάλοντο τοὺς ἐν τῇ πόλει, παρ' ἐλπίδα ἀγωνισαμένους.

Ἐνταῦθα ὡς ἐπενόει λιμῷ ἐκπολιορκήσειν, καὶ αὖθις τὸ δεύτερον προσβαλὼν κατὰ τὸ καρτερόν, ἀφικνεῖται ἀγγελίη παρὰ Γεωργίου τοῦ Τριβαλλῶν ἡγεμόνος ὡς Ἰωάννης συναθροίσας τοὺς Παίονας τόν τε Ἴστρον διαβαίνει καὶ συμπαραλαβὼν στρατεύοιτο ἐπ' αὐτόν. ταῦτα ὡς ἐπύθετο, τὴν ταχίστην συσκευασάμενος ἀπῄει ἐνταῦθα ᾗ ἐπιόντα ἐπυνθάνετο, καὶ κήρυκα ἔπεμπε πρὸς τὴν Εὐρώπην περιαγγέλλοντα παρεῖναι αὐτῷ ὡς ξύμπαντας τῶν Τούρκων. οὗτοι μὲν οὖν πα- V. 147
ρεγένοντο αὐτῷ, ὡς ἔτυχεν ἕκαστος ἐκποδὼν γενόμενος, ὡς B
ἐν ὥρᾳ παραγένοιτο ἕκαστος καθιστὰς αὐτῷ ἐς μάχην. ἐλαύνων δὲ παντὶ τῷ στρατῷ πρός τινος τῆς Μυσίας αὐτοῦ χώρας κατὰ τὴν Τριβαλλῶν αὐτῶν χώραν (ἔστι δὲ αὕτη ἡ χώρα, παρ' ἣν ἀμείβει Μοράβας ποταμὸς καὶ ἐκδιδοῖ ἐς τὸν

1. καὶ] ὡς? 11. ὡς Ἰωάννης] cf. Hammer I p. 659 i.

murum bombardis feriebat, eiusque partem destruxit maximam. Scenderes ignes in monte fecit, eosque suis, qui intra urbem erant, ostendit, ut scirent, quandocunque necessitas postularet, se affuturum auxilio. cum regii quidam ascenderent montem, Scenderes eos aggressus est, praeliabaturque, opera memorabilia edens. cum autem regi videretur murum satis esse stratum, universis copiis oppugnationem occipit. peregrini eo loci urbem capere parabant, ubi murus disiectus erat.

Nec tamen superare potuerunt oppidanos, qui praeter spem fortissime pugnabant, cum desperatio animos fecisset. deinde cum fame urbem perdomare statuisset, denuo copias universas contra urbem in aciem eduxit. interea nuntius venit ab Georgio Triballorum duce, qui nuntiabat Ioannem Choniatem congregatis Pannonibus plurimis traiicere Istrum et contra ipsum hostili animo pergere. his auditis Amurates continuo, omnibus impedimentis et sarcinis collectis, urbe quam obsidebat digressus est, obviamque hosti processit, qua eum venturum cognoverat. misit quoque Amurates praeconem in Europam, qui ediceret ut Turci omnes ad regem convenirent. qui ubi primum regis voluntatem intellexere, citissime advenerunt, cum singuli conarentur in tempore adesse, ut pro rege certarent. hinc cum universo exercitu profectus est in quandam Mysiae regionem, per regionem Triballorum. ea autem regio

Ἴστρον· παρήκει δὲ ἡ χώρα τοῦ βασιλέως ἐντεῦθεν ἐπὶ σταδίους ὀκτακοσίους ἔστε ἐπὶ Νήσιον, πόλιν τοῦ βασιλέως, ἐπὶ δεξιᾷ ἰόντι, ἐς τὸ πρόσω Νοβόπυρον πόλιν ἐπὶ ὄρους μεγάλου τοῦ Τριβαλλῶν ἡγεμόνος οἰκεῖται) ἐνC ταῦθα ἀφικόμενος Ἀμουράτης εὗρεν ἐπεξελαύνοντα Ἰωάννην τὸν Χωνιάτην σὺν τῷ Παιόνων στρατῷ. ἦσαν δὲ Παίονες καὶ Δακοὶ συναμφότεροι ἐς τετρακισμυρίους καὶ ἑπτακισχιλίους ἱππέας, καὶ ἁμάξαις ἐφέροντο, ἐν αἷς ἦν αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια καὶ τὰ ὅπλα, ἀμφὶ τὰς δισχιλίας. ἐφ' ἑκάστης δὲ ἁμάξης δύο ἦστην ἄνδρε πεζώ, πελταστής τε ἅμα καὶ τηλεβολιστής. ἐφέροντο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν τηλεβόλους ζαροβοτάνας καλουμένας, πολὺ τὸ πλῆθος. οὗτοι μὲν οὖν παρασκευασάμενοι [ἐς] τὸν Ἴστρον διέβησαν. προυκαλοῦντο δὲ σφίσι καὶ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμόνα ἐς τὸν πόλεμον· ὁ δὲD ἔφησεν οὐχ ὁρᾶν ἀξίαν τὴν παρασκευὴν τῆς κατὰ Ἀμουράτεω στρατιᾶς, ὥστε περιγενέσθαι αὐτοὺς τῆς βασιλέως δυνάμεως Ἀμουράτεω, καὶ δεδιέναι μᾶλλον ἐκεῖνον ἢ τοὺς Παίονας οὓς ἀλλοφύλους τε ὄντας καὶ μέγιστα κακῶν ἐργασαμένους αὐτόν, καὶ ἱμείρεσθαι μὲν τίσασθαι Ἀμουράτῃ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἐκτυφλώσαντα, ἀδύνατα δὲ ὁρῶντα τῇ παρούσῃ παρασκευῇ ὑπερβαλέσθαι τῆς τῶν πολεμίων δυνάμεως οὐκ ἄν ποτε ἑκόντα εἶναι χωρήσειν ἐς τόνδε τὸν πόλεμον. ταῦτα

16. στρατείας? 18. οὓς] τοὺς?

est, quam alluit Morabas fluvius et in Istrum effunditur. hinc se fundit regis regio ad octingenta stadia, usque ad Nesium urbem regis: ad dexteram procedenti Nobopyrum sive Bopyrum usque ad montem magnum Triballorum principis colitur. huc cum venisset Amurates, invenit Ioannem Choniatem cum Pannonum exercitu hostili animo adversum se pergere. in castris Choniatis erant quadraginta milia peditum, tam ab Pannonibus quam ab Dacis allecti. septem milia equitum erant, et curribus vehebantur alii, quorum numerus erat bis mille. in his arma et necessaria ad expeditionem subvehebantur. in singulis duo viri stabant, scutifer et bombardarius. in iisdem vehebantur bombardae plurimae, quas Zarobotanas nominant. in hunc modum armati et instructi Istrum transgressi sunt. at Triballorum dux cernens Pannonum exercitum non adeo esse validum ut copias regis vincere posset, magisque metuens Amuratem quam Pannones alienigenas, a quibus multa mala esset perpessus: et quamvis esset admodum cupidus ulciscendi Amuratem, qui filios eius oculis privarat, attamen haud volenti animo istam expeditionem adiunctus Pannonibus subibat, immo eam prorsus recusabat. haud enim Pannones satis firmi videbantur ad debellandas copias regis. haec

ἀποκριναμένου ἐπαπειλήσαντα τὸν Ἰωάννην ἐλαύνειν ἐς τὸ πρόσω, ἐσβαλόντα δὲ ἐς τὴν βασιλέως χώραν, ἄχρις Ἀριστί- P. 189
νου ἀφικόμενον, στρατοπεδεύεσθαι αὐτοῦ ἐν Κοσόβῳ πεδίῳ, ἐν ᾧ Ἀμουράτης ὁ Ὀρχάνεω μαχεσάμενος πρὸς Ἐλεάζαρον μάχην αὐτός τε αὐτοῦ ταύτῃ ἐτελεύτησεν ὑπὸ Τριβαλλοῦ καὶ τὸν γε Ἐλεάζαρον ἀνεῖλεν ἐν τῇ μάχῃ. ἐπεὶ δὲ ὥρμητο Ἰωάννης στρατεύεσθαι ἐπὶ Ἀμουράτῃ δι' αἰτίαν τήνδε. ὡς γὰρ ἐν τῇ Βάρνῃ μάχῃ ἑώρα τοὺς Τούρκους φεύγοντας καὶ ἑαυτῷ ἐς χεῖρας ἐλθόντας καὶ ἐνδιδόντας, αὐτίκα ἐνόμισεν εὐπετῆ μὲν καὶ τότε ὄντα τὰ πράγματα αὐτῷ χειρωθῆναι, εἰ μὴ διὰ τὴν βασιλέως Λαδισλάου ἀφροσύνην, καὶ ἐσαῦθις δὲ χαλεπὰ οὐκέτι ἔσεσθαι κατεργάσασθαι. ἔφερε δὲ αἰτοῦ ἡ γνώμη καὶ πλείονα στρατὸν συναγείραντα ἐξελαύνειν, ὥστε B
καὶ τῷ πλείονι καταπληττόμενον αἱρήσειν τὸν Ἀμουράτην οὕτω δή τοι εὐπετῶς, ὥστε μηδ' ὁπωσοῦν ἐνδοιάζειν. πρεσβευσάμενος δὲ ἐπὶ Σκενδέρη τε καὶ Ἀριανίτην, ἐν νῷ ἔχων αὐτοὺς προϊόντας ἐς τὸ πρόσω τῆς Εὐρώπης συμμῖξαι· οὕτω γὰρ προείρητο καὶ τοῖσδε. ἐπεὶ δὲ ἐς Κόσυβον τὸ πεδίον Ἀμουράτης ὁ Μεχμέτεω ἀφίκετο, ὡς εὗρε τοὺς πολεμίους ἐλαύνοντας, ἐστρατοπεδεύετο. λέγεται δὲ γενέσθαι αὐτῷ τὸν 1448
στρατὸν ἐς πεντεκαίδεκα μυριάδας. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ αὐτίκα d. 17 Oct

8. ἐν τῇ ἐν Βάρνῃ? 9. καὶ] ἀλλ' R, tanquam praecesserit καὶ ἑαυτῷ οὐδ' ἐς χεῖρας ἐλθόντας. 14. καταπλητομένων P
τὸν] τῷ P

cum Pannonibus respondisset, Ioannes eo responso irritatus graves minas in Triballorum ducem iactavit. nec tamen omittens coeptam expeditionem, copias in regis regionem infestas induxit: progressusque Aristinum usque, castra in Cosobo campo communivit, ubi olim Amurates Orchanis filius, cum Eleazaro Serviae Despota manus conserens, eumque interficiens, ipse quoque occubuit, interfectus a viro Tryballo. caussa quae Ioannem ad istud bellum traxerat, haec erat. quum vidisset in eo certamine, quod Varnae commissum erat, Turcos, ubi primum ad manus venissent, cessisse, et fugam arripuisse: putavit Turcos facile vinci potuisse, ni obstitisset Vladislai regis imprudentia. ne nunc quidem difficile et laboriosum dicebat Turcos bello domare. animo igitur agitabat maiorem comparare exercitum, ut Amuratem copiis perterritum vinceret. haec adeo proclivia et facilia factu putabat, ut ne dubitaret quidem quin, quemadmodum animo concepisset, omnia essent eventura. missis legatis ad Scenderem et Arianitem, utrumque in Europam progredi et sibi coniungi iubebat. his sic praeceptum est. Amurates ut in campum Cosobum venit, ibi castrametatos esse cognovit Pannones. proinde et ipse castra munit. Amurates autem in armis dicitur habuisse quindecim myriades hominum.

C μένῳ, ὥστε ἐκμαθεῖν πῶς δέοι συμβαλεῖν;" τοῦ δὲ εἰπόντος "ὦ βασιλεῦ, ἀπὸ λαγὼ ταύτην ἔμαθον τὴν ἀνδραγαθίαν" ἐν θαύματι ποιησάμενον τὸν βασιλέα ἐρέσθαι αὐτὸν λέγεται "καὶ πῶς ἄν δή, ὦ νεανίσκε, ἀπὸ λαγὼ γένοιτο ἄν τις ἀγαθὸς τὰ πολέμια;" τὸν δὲ φάναι "ἐγὼ τοίνυν, ὦ βασιλεῦ, ἐν τῇ Ἀσίᾳ διατρίβων, καθ' ἣν ἡμᾶς ἐπέστησας χώραν καὶ τόν γε πατέρα ἐμὸν ὕπαρχον ἀπέδειξας, ἐφοίτων ἐς ἄγραν, καί ποτε λαγὼν ἐν κοίτῃ εὑράμενος ᾠήθην ἀσφαλέστερον εἶναί μοι, ὥστε τὸν λαγὼν μὴ διαφυγεῖν, ὀϊστῷ βαλύντα ἀνελέσθαι· κράτιστοι γὰρ πάντων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν λαγωῶν οἱ ἐν τῇ Ἀττα- 5 λίᾳ θεῖν εἰσί, καὶ οἱ κράτιστοι τῆς Εὐρώπης αἱροῖεν. ἐπῆν D δέ μοι ταῦτα ἐπιλεγομένῳ φαρέτρη καὶ ὀϊστοὶ τετταράκοντα. ὡς δὲ ἐπιβάλλων τῷ τόξῳ τὸν ὀϊστὸν οὐκ ἐτύγχανον, δεύτε- V. 149 ρον ἐπὶ τοῦτον ἐτόξευον. ὡς δὲ καὶ οὕτω λαγὼς μὲν ἐκάθευδε, καὶ δεινὸν ἐποιούμην εἰ οὐκ ἐπιτυγχάνοιμι, ἐνταῦθα δὲ πάντας τοὺς ὀϊστοὺς ἐξετόξευον. ἐπεὶ δὲ τὰ βέλη πάντα ἠφίετο καὶ λοιπὸν ἦν βέλος ἐμοὶ οὐδέν, αὐτίκα ἐπεγειρόμενος ἀφ' ὕπνου ὁ λαγὼς ᾤχετο φεύγων, ὡς ᾔσθετο τοῦ θορύβου. καὶ οἱ κύνες μὲν ἐς βραχὺ ἐπεδίωξαν, οὐ μέντοι εἶλον. τότε δὴ ἐπέγνων ὡς τὰ βέλη μοι κενὰ ἐγεγόνει, ὅτι εἰμαρμέ- P. 191 νον ἔτι ἦν τῷ λαγῷ ἐκείνῳ ἐπιζῆσαι. καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἐπιλεξάμενος ψῆφον ἐμαυτῷ, ὦ βασιλεῦ, ἐθέμην μήτε ξίφος

licarum imperitus cum huc accesseris, ita pugnasti in hostem quasi fastigium rei militaris attigeris." ibi tum adolescens respondit "o rex, lepus me hanc doruit fortitudinem." rex rei novitate ictus interrogavit "et quo tandem, quaeso, pacto, o adolescens, quis ab lepore fortitudinem discat?" adolescens respondit "ego quidem in Asia eram, et in ea regione morabar cui patrem meum praefectum praeposueras, ibamque venatum. forte in nido suo leporem reperi: putabam igitur satis esse, ne lepus manus meas evaderet, eum sagitta traiectum interficere. lepores enim Attalia habet cursu celerrimos, verum Europa optimos. haec mihi cogitanti in promptu erat pharetra quadraginta sagittis onusta. primam itaque sagittam mittens aberravi. secundam vero sagittam expedivi, quam similiter in leporem iaculatus sum. et haec errore abducta leporem nihil laesit: verum adhuc maxime stertebat. iniquo igitur ferens animo quod leporem non vulnerassem, illico sagittas omnes in leporem torqueo cum autem nulla amplius superesset, lepus ex somno experrectus, ut primum sensit tumultum, aufugit. canes modicum fugientem persecuti, assequi non potuere. experientia igitur didici, cum tot sagittae irritae cecidissent, quod fatum vitam lepori prorogasset. et exinde ea sententia in animo fixa mansit, o rex, ut censerem neque gladium neque hastam

μήτ' αὖ δόρυ μήτε ὀϊστὸν δεδιέναι, ὡς ἦν ἐμοὶ πεπρωμένον εἴη ἐπιζῆσαι, οὐδ' ἂν τὸ δόρυ ἀφέλοιτο τὴν ζωήν. διὰ τοῦτο δὴ ἥια θαρρῶν ὦ βασιλεῦ ἐπὶ τὸν Παίονα, ἐπιστάμενος ὡς εἰ πεπρωμένον μοι εἴη ἐπιβιῶναι, οὐδέν μοι χαλεπὸν ἔσοιτο ὑπὸ τοῦ Παίονος." ἀκούσαντα δὲ τὸν βασιλέα, καὶ ἀγασθέντα τὸν νεανίαν τοῦ λογισμοῦ, ἐσθῆτι μὲν αὐτίκα τότε ἐδωρήσατο Σηρικῷ χρυσοπάστῳ, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιστῆσαι ἄρχοντα τῆς πατρῴας αὐτοῦ χώρας· ἐπετελεύτησε γὰρ ἤδη ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ τὴν χώραν ἄλλος ἐπετρόπευεν ὑπὸ βασιλέως ταχθείς. δαιμονίως δὲ τὸ γένος τοῦτο τίθεται τῇ δόξῃ τῆς B εἱμαρμένης, σχεδὸν καὶ οἱ ἄλλοι ὅσοι πρὸς τὴν τοῦ Μεχμέτεω θρησκείαν εἰσὶ τετραμμένοι.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐς τὴν μονομαχίαν ἐγένετο· ἐπεὶ δὲ τοῦ βασιλέως ἱδρυμένου κατὰ χώραν τὰ στρατεύματα συνιόντα ἐμάχετο, τὸ μὲν Ἀσιανὸν στράτευμα ἡσυχίαν ἦγε, δεδιότος τοῦ βασιλέως μὴ πρῶτα συμβολὴν ποιησαμένου ἐς τροπὴν γένοιτο, καὶ κινδυνεύσῃ αὐτῷ τὰ στρατεύματα διαφθαρῆναι αὐτίκα, καὶ ὑπερδειλιάσαντα οἴχηται. ἀλλὰ τὸ μὲν Ἀσιανὸν στράτευμα εἱστήκει, τὸ δὲ Εὐρώπης διελόμενος ἐς μοίρας ὅσας δὴ ἑώρα τοὺς Παίονας παραταξαμένους ἐλαύνειν, καθίστατο ἐς τὴν μάχην. καὶ οὕτω δὴ συμβάλλοντα τὰ τῆς Εὐρώπης στρατεύματα ἐμάχετο. πολὺ δὲ παρ' ἐλπίδα ἀγω-

6. ἐσθῆτα P 7. συρικῷ P 8. ἐπιτελευτῆσαι R, ἐπεὶ τελευτῆσαι P 20. δσα P

neque sagittas amplius mihi formidandas esse, quasi si fato sit ordinatum ut diutius vivam, hasta mihi vitam eripere non possit. quapropter pectore forti, nihil trepidans, contra Pannonem istum processi, sciens, si fato sit decretum ut diutius vivam, nihil periculi posse mihi ab eo ingruere." haec audiens mirum in modum rex delectatus est, et adolescentem propter ratiocinationem istam plurimum dilexit, eumque donavit veste Syrio opere, auro illito contexta. praeterea patriae regionis eum principem declaravit: pater namque adolescentis mortuus erat, aliusque regionem eam administrabat ex imperio regis. Turci quidem et omnes quotquot Turcicae superstitioni inhaerent, plurimum admodum fato tribuunt.

Atque haec in ea monomachia contigere. cum vero regii exercitus in campo collocati signis collatis praeliarentur, Asianus exercitus quietem duxit. rex enim verebatur, si Asiani primam coitionem fecissent, ne in fugam verterentur eorumque fuga etiam caeteros traheret. quapropter maluit exercitum Asianum otiosum et spectatorem potius praelii assistere. exercitum Europaeum in cohortes distribuit; et cum Pannones praelii cupidos accedere conspicaretur, ne ipse qui-

νισάμενοι ἐμάχοντο ἀξίως λόγου. γενόμενοι γὰρ κατ' ὀλίγα ὡς οἱ Παίονες ἐπελαύνοιεν, ἔφευγον ἀνὰ κράτος, ὡς τοὺς Παιόνων ἵππους ἐπιδιώκοντας κάμνειν τε ἰσχυρῶς καὶ ἀπαγορεύειν. καὶ ἐνταῦθα δή, ὡς οἱ Τοῦρκοι αὐτάρκως ἔχοιεν τῆς φυγῆς, διαστάντες τούς τε ἵππους ἐτόξευον καὶ ὄπισθεν ἐπιόντες κατέκαινον τοὺς Παίονας· ἅτε γὰρ οἱ πλείους καὶ ἐφ' ἵππων πολὺ βελτιόνων φερόμενοι, καὶ τέχνῃ τὰ πολλὰ τὴν μάχην συνδιαχειρίζοντες, ἄμεινον ἐφέροντο τῶν Παιό-
D νων. καὶ τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν πολλοὶ μὲν Παιόνων ἔπιπτον ἐν τῇ μάχῃ, πολλοὶ δὲ Τούρκων ἀπώλλυντο ὑπὸ Παιόνων. καὶ ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν ὅλην ἐμαχέσαντο ἀμφότεροι καὶ ἰσοπαλεῖς ἐγένοντο· ἐπεὶ δὲ ὀψὲ ἦν, διέστησάν τε ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἐπὶ τῶν στρατοπέδων ἀναχωρήσαντες ἑκάτεροι ἀνεπαύοντο.

Παίονες μὲν οὖν οἰόμενοι τοὺς Τούρκους νυκτὸς οἰχήσεσθαι ἀπιόντας καὶ οὐ μενοῦντας ἐν τῇ τάξει. καὶ ἱπποδρόμων μὲν οὐκ ὀλίγοι ἀπῆεσαν· ἐπεὶ δὲ τοὺς Τριβαλλοὺς εὗρισκον ἐν τοῖς στενοῖς ἐπιμένοντας, αὖθις ἐπανῆεσαν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. καὶ Παίονες μὲν οὕτω ἐνόμιζον τῇ ὑστεραίᾳ
P. 192 βραχεῖ τινὶ μορίῳ τοῦ στρατοῦ ἀντιτάξεσθαι ὡς τῶν ἄλλων οἰχησομένων καὶ οὐ μενούντων, καὶ οὕτω δὴ περιγενομένους αἱρήσειν αὐτίκα τὰς βασιλέως θύρας· βασιλεὺς δὲ καὶ οἱ

1. ὀλίγους? 2. ἐπελαύνειν P 3. ἐπιδιώκοντες P 6. οἱ] ὄντες? 20. ἀντιτάξασθαι P

dem praelium recusavit. in hunc modum congressi, Europae exercitus in cohortes secretus, praeter spem, egregie et memorabiliter pugnabat. proinde cum Pannones Turcis appropinquare non auderent, summa vi fugiebant. Turci Pannonum equos persequebantur, et graviter admodum ea in persecutione laborabant. lassi igitur tandem et fatigati insequendo, hostium equos sagittis feriunt; Pannonesque a tergo adorientes graviter urgebant. nam Turci numero et equorum generositate superabant. praeterea plerumque non impetu verum arte in praeliis utuntur. quapropter ea tempestate Turcorum res meliore statu quam Pannonum erant. et quidem primo die multi Pannones in pugna cadebant, necnon plurimi Turci trucidabantur a Pannonibus. per totum istum diem aequo utrinque Marte pugnatum est. vespera autem appetente relinquentes praelium, uterque exercitus in sua castra colligebatur quietique se dabant.

Pannones putabant Turcos noctu abituros nec amplius in castris mansuros. et equites quidem non pauci iam discesserant. ubi autem Triballos invenere expectantes in angustiis hostem abeuntem, in castra redierunt. Pannones quidem arbitrabantur se die crastino cum

Τοῦρκοι ἀναθαρσήσαντες οὐκ ἐν ὁμοίῳ ἔτι δέει ἐγίνοντο ἀμ- V. 150
φὶ τοὺς Παίονας, θαρσαλεώτεροι δ' ὄντες παρεσκευάζοντο ὡς
ἐς τὴν ὑστεραίαν μαχόμενοι τρέψασθαι τοὺς Παίονας.

Τὴν μὲν οὖν ἡμέραν ταύτην ἐς τοσοῦτον ἐγένετο· τῇ δὲ
νυκτὶ ταύτῃ Παίονες βουλευόμενοι ὅπως τῇ ὑστεραίᾳ τὴν μά-
χην ποιήσωνται, γνώμην ἀπεφαίνετο ἕκαστος ὡς ἐδόκει αὐτῷ
τὴν μάχην ποιεῖσθαι, καὶ λόγος ἐγίγνετο πολύς. ἐνταῦθα B
βουλευομένων αὐτῶν, Ταούτης ὁ Σαούζεω, υἱιδοῦς τοῦ Ἀμου-
ράτεω, γένος ὢν τῶν Ὀτουμανίδων, παρελθὼν ἐς μέσον ἔλεξε
τοιάδε. "ἡμῖν μὲν ἱκανὰ συμβέβληται ἔστε τὴν Ἀσίαν καὶ
ἐς τὴν Εὐρώπην, οὐδὲ δεῖ ταῦτα προσέχοντας ἐς τὰ Ἀμου-
ράτεω πράγματα τὴν μάχην ποιεῖσθαι, ἀνήνυτα ἐργαζομέ-
νους· οὐ γὰρ ἂν παρεχομένων σφᾶς κτείνειν τῶν ἀνδρῶν
τούτων δυναίμεθ' ἂν οὕτω γε εὐπετῶς χειρώσασθαι. ἀλλ'
ἐμοὶ δοκεῖ ὁ μαχόμενος τῷ πολέμῳ, ἢν μέν βάλλῃ καιρίαν
πληγήν, κατέβαλέ τε τὸν πολέμιον καὶ ἔχει καλῶς χρῆσθαι
τῷ στρατεύματι. ποῦ δ' ἂν βάλοι καιριωτέραν ἢ ἐν τῇ κε- C
φαλῇ; τό τε γὰρ σῶμα ἄγει πᾶν, καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἀκρόπολις.
ἢν δὲ μὴ καιρίαν βάλῃ, ἐπίπονα ἔσται καὶ χαλεπὰ κατεργα-
σθῆναι τὰ τῶν πολεμίων. καὶ νῦν δὲ οὕτω δοκεῖ. ὁρᾶτε
γὰρ ὡς αἱ θύραι τοῦ βασιλέως ἐστήκεισαν οὐδαμῇ ὡρμημέ-
ναι ἐπὶ τὴν μάχην, οὔτε ἀνακινδυνεύειν ἐθέλουσιν, ὡς τὸ πᾶν

11. *δεῖ*] *δὴ* P 18. *ἄγειν* P

parva hostilis exercitus manu congressuros, quasi caeteri diffugissent, non expectantes hostem; et sic victoria facile potituros, regisque ianuas debellaturos. rex vero Amurates et Turci se ipsi confirmantes haud amplius metuebant Pannones.

Animis igitur receptis, et plurimum exhilarati, accingebantur ad praelium, quasi eo die qui sequeretur, praeliaturi cum hostibus eosque in fugam coniecturi. eo die quae modo memoravimus, contigere. istam noctem Pannones deliberando consumpsere; et cum consultarent, singuli suam sententiam, quemadmodum sibi consultum videretur auspicari praelium, in medium adducebant. varii multique habebantur sermones. ibi tum consultantibus Pannonibus Tautes Sauzis filius, natus ex genere Otomanidarum, qui tum castra Ungarorum sequebatur, Amuratis primi ex Sauze filio nepos, progressus in medium huiusmodi orationem exorsus est. "nobis iam satis superque in Asia et Europa pugnatum est. necdum animum advertimus ut pugnandum sit contra Amuratem, ut res eius contundamus. nisi enim peremerimus viros istos, non facile poterimus Amuratem vincere. at mihi videtur, si quis certamen subeat cum hoste eique infligat letalem ictum, hostem deiecit, et reliquo exercitu pro arbitrio uti pote-

φέρουσαι αὐτὰ τοῦ βασιλέως ὑγιῆ τε εἶναι, καὶ ἐς ἀνάγκην ἐπειδὰν περιστῇ, μάχεσθαι. φέρε οὖν, ταύτην κινήσωμεν τὴν βασιλέως σύνταξιν, καὶ οἰχομένης ταύτης ἡμῖν οὐδεὶς τῶν
D ἄλλων μένειν ἐθέλῃ. δοκεῖ οὖν ἐμοὶ κινῆσαι τὸ στρατόπεδον ἡμῖν ἅπαν, καὶ ταῖς ἁμάξαις, ἐφ' αἷς οἱ τηλεβόλοι καὶ τηλεβολίσκοι ἡμῖν τυγχάνουσιν ὄντες, ὑπὸ ταύτην τὴν νύκτα ἰέναι ὁμόσε ἐπὶ τὰς θύρας αὐτίκα, καὶ μὴ διαμέλλειν. καὶ ἢν ἐπίωμεν τηλεβόλοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις βέλεσι βάλλοντες τὰς βασιλέως θύρας καὶ δεδιττόμενοι, οἶομαι μὴ ἐπιμένειν ἕως ἡμέρας, ἀλλ' ὡς ἔχει ἡ νύξ, οὕτως αὐτοὺς ἰόντας ἀπαλλάττεσθαι ἀσμένως. καὶ τούτων ἀπωσάμενοι τὰ πράγματα ἔχοιμεν τὰ ἐκείνων." ταῦτα λέγων ὁ Ταούτης ἔπειθέ τε, καὶ ἐποίουν οὕτω. καὶ αὐτίκα
P. 193 σὺν ταῖς ἁμάξαις ἐπῄεσαν ἐς τὸ βασιλέως στρατόπεδον, περὶ πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτός. ὡς δὲ ἀγχοῦ ἐγένοντο τῶν βασιλέως θυρῶν, ἐνταῦθα ἐδεδίττοντο τηλεβόλοις τε καὶ τηλεβολίσκοις τοὺς νεήλυδας, καὶ ἔβαλον τὸ τοῦ βασιλέως στρατόπεδον· καὶ ἐμάχοντο μεγάλως πρὸς τὸ μέρος, ὥστε διέφαινεν. οἵτε γὰρ νεήλυδες τούς τε τηλεβόλους παρασκευασάμενοι καὶ τηλεβολίσκους ἀφίεσαν ἐπὶ τοὺς Παίονας. καὶ ἔπι-

11. τούτους? 19. ὑφίεσαν P

rit. ubi autem magis quis letale infligat vulnus, quam si caput feriat? tum enim corpus totum dolet. in capite enim quasi urbs et regimen totius humani corporis situm est. sin autem haud dederis letale vulnus, difficile admodum et laboriosum erit superare hostem. et ut meam sententiam capiatis, sic audite. vidistis ut ianuae regis steterint neutro inclinatae ad pugnam. nec periclitari volunt, quasi salus regis atque adeo totius exercitus in ipsis sita sit; nec prius quam necessitas postularit, pugnam capessunt. agite igitur, hunc regis exercitum invadamus; qui si in fugam abierit, nullus nos expectare sustinebit. censeo autem ut regem aggrediamur cum universo exercitu, cum curribus quoque, in quibus bombardae et bombardarii sunt; et ut pergamus adhuc hac noctu confestim contra ianuas, nec cunctemur. et accedentes bombardarum globis sagittisque petamus ianuae milites, iisque terrorem maximum inferamus. satis certo scio eos non mansuros usque dum illucescat dies: sed hac adhuc nocte lubenti et cupido animo fugam arripient. quod si fuerit factum, facile nos rerum potiemur." his dictis omnes consensum praestitere, et uno ore sic faciendum esse pronuntiarunt. continuo igitur curribus in regis exercitum invecti sunt, sub prima adhuc noctis vigilia. cum appropinquassent ianuae militibus, terrorem fecere maximum, bombardarum globis et iaculis ferientes peregrinos. et quidem vim faciebant castris Amuratis. verum peregrini ubi rem cognorunt, magno animo Pannonibus restitere. nam bombardas expediebant bombardariosque

πτον ἀμφοτέρων οὐκ ὀλίγοι τῇ νυκτὶ ταύτῃ, ὑπὸ τηλεβόλων τὰ πλείω φθειρόμενοι. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἀγχοῦ ἐγένετο καὶ ἑώρων τὸ βασιλέως στρατόπεδον ἱδρυμένον κατὰ χώραν ἀγωνίζεσθαι ἀξίως λόγου, ἐδόκει ἀναζεύξαντας ἀπελαύνειν ἐς τόν B
χῶρον ἐκεῖνον ἐν ᾧ ἐστρατοπεδεύοντο, καὶ μὴ ἀναμένειν συλλεγομένους κυκλοῦσθαι σφᾶς ἐγγὺς τῶν θυρῶν γενομένους. ὡς δὲ ἐδόκει, καὶ ἐποίουν ταῦτα. ἀνεχώρουν ἐς τὴν χώραν αὐτῶν, καθ' ἣν ἵδρυντο πρότερον.

Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, παρετάσσετο δεύτερα ἐς τὴν V. 151
μάχην, πειρασόμενος ᾗ ἂν ἀποβαίη αὐτῷ τὰ πράγματα. καθιστὰς δὲ ἐν μάχῃ, ἐμβαλὼν ἐς τὸ τῆς Ἀσίας στράτευμα συμβολὴν ἐποιεῖτο. ἐνταῦθα ὡς συνέβαλε, πέμπει ὁ τῆς Εὐρώπης στρατηγὸς Τουραχάνη τὸν Θετταλίας ὕπαρχον σὺν τῷ αὐτοῦ στρατεύματι κατὰ νώτου γενόμενον τοῖς Παίοσι C
συμβαλεῖν ὡς δύναιτο ἰσχυρότατα. ἐνταῦθα Τουραχάνης κατὰ νώτου γενόμενος τοῖς Παίοσι πολλοὺς αὐτῶν κατέβαλεν ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ. οἱ μὲν γὰρ ἐδίωκον τοὺς Ἀλβανούς, καὶ ὡς ἐπικέοιντο διώκοντες, οἱ μὲν ἔφευγον ἀνὰ κράτος. πλὴν δὴ τῶν ὑπάρχων θεράποντες Εὐρώπιοι ὄντες, καὶ διαστάντες
ὡς φεύγοιεν, ἐμάχοντο οἷα τοῖς Τούρκοις νομίζεται πρὸς τοὺς Παίονας. πρὸς δὲ τοὺς ἀπὸ τῆς Εὐρώπης κατὰ νώτου σφίσιν ἐπικειμένους συστραφέντες συστάδην ἐμάχοντο, ἄλλοτε

evocabant, et non cessabant iaculari Pannones. plurimi in ea nocte utrinque cadebant, icti bombardarum globis. postquam dies advenit, et Pannones videbant regis castra in ea regione locata fortiter pugnare, consilium cepere redeundi, unde egressi erant, in castra; nec expectandum esse, donec circumducerentur ab regis militibus stantes prope ianuas. haec sententia ubi placuisset, cedebant festinantes in eum locum ubi castrametati erant.

Die exorto iterum ad praelium praeparabatur Choniates, periculum facturus si felicem rerum sortiretur eventum. pugnans itaque impetum dabat in Asianum exercitum, et fortiter congrediebatur cum hostibus. Europae dux cum accepisset Pannones congressos esse cum Asiano exercitu, Turachanem Thessaliae praefectum mittit cum suo exercitu, ut a tergo adoriretur Pannones et quam fortissime contra eos praeliaretur. Turachanes imperata impigre faciens, Pannonum plurimos, cum in terga eorum irruisset, in eo praelio stravit. quidam enim persequebantur Albanos, a quorum vestigiis, quamvis celerrime fugerant, nusquam abstitere. ministri tamen praefectorum qui ex Europa venerant, haud fugam inierant. cum autem a suis essent destituti, qui fuga sibi consulebant, pugnabant haud secus ac Turci contra Pannones. praeterea contra eos acerrime praelium inibant qui erant ex Europa, et a tergo vim faciebant. nam conversi collato

ἄλλῃ τοῦ πεδίου, ὡς περιτύχοιεν ἑκάτεροι ἀλλήλοις ἐπικείμενοι.

D Δᾶκες δὲ ὡς ἑώρων τοὺς Τούρκους πολὺ παρ' ἐλπίδα ἀγωνιζομένους, καὶ σφίσι τὰ χαλεπώτατα ἐπηρτῆσθαι, ἀπαλλαγὴν δὲ μόλις ἔσεσθαι τοῦ κακοῦ, καὶ ἢν σῶες ἀφίκοιντο, ἐπὶ ὅρκου μηδεμίαν εἶναι μηχανὴν μὴ οὐ δίδοσθαι αὐτοὺς δίκας τῷ βασιλεῖ ὧν εἰργάσαντο αὐτῷ πολεμοῦντες καὶ ὅτι τοῖς Παίοσι συνεμάχουν, ἐδόκει αὐτοῖς ἐν τῷ μεγάλῳ τούτῳ θορύβῳ ἄγγελον πέμψαντας παρὰ βασιλέα Ἀμουράτην διαλλάττεσθαι, καὶ τὰ ὅπλα παραδιδόντας ξένους τε καὶ φίλους
P. 194 εἶναι τῷ βασιλεῖ. ὡς δὲ ἐδόκει, καὶ ἐποίουν ταῦτα. ὁ δὲ ἄγγελος ἀφικόμενος ἐπὶ τὰς θύρας ἔλεγε τοιάδε. "ὦ βασιλεῦ, ἐμὲ Δᾶκες ἔπεμψαν ἐς ὄψιν ἀφικέσθαι τὴν σὴν καὶ σπονδὰς αἰτεῖσθαι αὐτοῖς συγγνώμην παραιτουμένους ἐφ' οἷς πεπλημμελημένα ἐστὶν ἐς τὴν σὴν ἀρχὴν καὶ ἐς τὰ σὰ πράγματα. καὶ διαμαρτυροῦνται σφᾶς ἀφ' ἑαυτῶν μηδὲν νεώτερον βουλεῦσαι περὶ τὰ σὰ πράγματα, ἂν μὴ οἱ Παίονες ἀνάγκην ἐπιθέντες, κελεύοντες σφίσιν ἕπεσθαι, προσβιάζοιντο ἡμᾶς. νῦν οὖν δέονταί σε πείθεσθαι καὶ αὐτοῖς σπονδὰς ποιεῖσθαι,
B καὶ αὐτόν σοι τὸν πόλεμον παραστήσασθαι τοῦ λοιποῦ, ὥστε σοι ἐπιτήδειον εἶναι." ταῦτα εἰπόντος τοῦ ἀγγέλου, Χαλίλης

16. διαμαρτυρῶνται P 20. αὐτοὶ?

pede nunc hic nunc alibi, ubi alteri alteros indipiscebantur, in eo campo manus conserebant.

Daci cum vidissent Turcos impigre praeter spem rem gerere, et sibi hinc plurimum periculi imminere, huiusmodi consilium ceperunt. nam nullam mali liberationem cernebant, etiamsi incolumes ex eo praelio evasissent. nec etiam in iurisiurandi religione spem aliquam ponebant, quo minus regi poenas luerent iniuriarum quibus ipsum affecissent, quod in ea expeditione socia arma iunxissent Pannonibus. videbatur igitur in praesenti tumultu consultissimum fore, nuntium mittere ad regem Amuratem et cum eo in gratiam redire. traditis namque armis testabantur se in posterum regi hospites et amicos fore. in hanc sententiam cum omnes concessissent, nuntius ad regem missus est. hic cum venisset ad ianuas, huiuscemodi orationem habuit. "o rex, Daci miserunt me in conspectum tuum, ut pacem veniamque delictorum, quae in te et in regnum tuum commisere, orem. testantur quoque se nunquam quid novarum rerum sua sponte molitos fuisse in te et regnum tuum, nisi Pannones eam necessitatem iniecissent, iubentes, imo cogentes, ut coniunctis copiis expeditionem istam susciperent. nunc igitur supplices petunt, velis eos exaudire et pacem dare. promittunt se tibi bellum praesens ex animi tui sententia confecturos; et profecturos tecum in militiam deinceps,

ὁ πρύτανις τοῦ οἴκου τοῦ βασιλέως ὑπολαβὼν ἔλεγε τοιάδε. "ἀλλ' ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Δᾶκες, ἐπίστασθέ που ὡς βασιλεὺς ἐπιτήδειός τε ἦν δυνάμει καὶ πρόξενος ἐξ ἀρχῆς, καὶ νῦν ἐπεὶ ἐν δέοντι παραγίγνεσθε, σπονδάς τε ποιεῖτε ὑμεῖς ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης, φίλοι τε εἶναι ὑμεῖς τοῦ λοιποῦ. καὶ ἤν τι, ὧν ὑμεῖς λέγετε, ἐξειργασμένον τῷ βασιλεῖ χάριν θείητε, ἴστε ὡς οὐχ ὑπερβαλούμενοι αὐτὸν εὐεργετοῦντες. τὰ μέντοι ὅπλα ἴτε δεῦρο ὅτι τάχιστα παραδώσοντες." ταῦτα Χαλίλης ὁ Πραΐμεω φάμενος γνώμῃ τοῦ βασιλέως λέγειν ἀπέ- C
πεμψε. καὶ οἱ Δᾶκες, ὡς ἐπανῆκεν αὐτοῖς ὁ ἄγγελος λέγων ἃ ἐνετέλλετο αὐτῷ Χαλίλης ὁ Πραΐμεω γνώμῃ τοῦ βασίλεως, αὐτίκα διέστησάν τε ἀπὸ Παιόνων χωρὶς γενόμενοι, καὶ προϊόντες ἀφίκοντο ἀγχοῦ τῶν θυρῶν τοῦ βασιλέως, καὶ ταύτῃ ἑστηκότες ἐνόμιζον αὐτῷ τοιάνδε χάριν καταθέσθαι τῷ βασι-
λεῖ, ὑπουργοῦντες αὐτῷ ἐς τὴν παροῦσαν ἀνάγκην, οἴσεσθαι V. 152
